II parte

Leonardi Aretini de Bello Gotthorum: ſeu de Bello Italico aduerſus Gotthos Libri Quatuor.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LEONARDI ARETINI IN LIBROS DE BELLO ITALICO ADVERSVS GOTTHOS PROOEmiū.

TSI longe iucundius mihi fuiſſet Italiæ fœli
e citatem q̄ clades referre:tamē quia tempora
ſic tulerūt:ſequemur & nos fortunæ mutabi/
litatem:Gotthorūq; inuaſionē: & bellū quo
Italia tota pene euerſa fuit:in his libris deſcribemus.Dolo/
roſam ꝑfecto materiā:ſed pro cognitione illoꝝ tempoꝝ ne
ceſſariā.Neq; enim Xenophontē Athenienſem ſummo in/
genio uirū cum obſidionē & famē ac diruta mœnia Athe/
narum deſcripſit nō dolenter id feciſſe reor:Scripſit tamen
quia utile putabat illaꝝ reꝝ memoriam nō deperire. Neq;
Liuius noſter cum urbē Romā a Gallis captā & incendiis
cōflagratā refert minorē meretur laudem:q̄ cū.P.Aemilii
triūphū illum ꝓclarū de Macedonibus:aut.P.Aphricani
uictorias enarrat.Hiſtoriæ quippe eſt:tā ꝓſperas q̄ aduer/
ſas res monimentis litteraꝝ mandare. Itaq; optanda quidē
meliora ſunt:ſcribenda uero quæcūq; contigerint.Me cer/
te hæc ipſa ſcribentem q̄q̄ multa pro ſingulari amore meo
erga patriā conturbant:tamen illa ratio conſolatur:ꝙ etſi
res tunc maxime aduerſas Italia perpeſſa fuit:ad extremū
tamen ſupatrix externaꝝ gentium noſtraꝝ ad uſq; ætatem
terra mariq; potentiſſima remanſit. Ciuitateſq; in ea orna/
tiſſimæ magnis opibus magnaq; auctoritate uiguerūt ha/
ctenus:hodieq; uigent:quaꝝ gloria & imperium longe la/
teq; extenditur:ut nō tam ingemiſcendum ſit pro his quæ
tunc acciderunt q̄ lætandū. Ceu Herculem magni labores

celebratiorē fecere q̄ ſi nunquā tam periculoſe laboraſſet: Taceo morum elegantiam humanitatemq; præcipuam ac bonarum artium diſciplinas:in quibus parēs ſimul & alũ/ na incōparabilis Italia reperitur. Sed cōmendationis aliud fuerit tempus. Huius aũt belli quod nunc ſcripturi ſumus nulla apud latinos notitia ſuperat:fama tantũmodo quæ/ dam & ea ipſa tenuis admodũ & obſcura ferebatur. Beli/ ſarium & Narſetem Iuſtiniani duces Gotthos Italia pepu/ liſſe:ubi uero uel quomodo uel quibus reb9 geſtis nihil pe/ nitus ſciebatur. Nobis aũt ex Græcoꝝ cōmentariis earum rerum notitia fuit.Itaq; ut alia ſatis multa:ſic etiā hæc iam plane oblitterata ad cognitionem noſtroꝝ hominum redu/ cere ſtuduimus. Atq; eo libentius fecimus ꝙ cæteræ quidē hiſtoriæ de alienis rebus fere exiſtunt. Hæc autem tota de noſtris eſt.In qua operæpræciũ fuerit:quæ tunc per Italiā urbes:qui populi:quæ conditio rerum eſſet recognoſcere: quæ obſeſſæ urbes quæ expugnatæ ac uictæ:& quibus in locis prœlia cōmiſſa. Hæc enī omnia & ſcire pulcherrimũ eſt:& ignorare turpiſſimũ.Diligentis ſiquidem uiri eſt pa/ triæ ſuæ originē & ꝓgreſſum & quæcunq; illi per ſupiora tempora contigerint non ignorare. Habet præterea hiſto/ riæ cognitio uoluptatem animi ꝑmaximā cum omnes na/ tura ſcire concupiſcant:& utilitatem plurimam per exem/ pla ſimilium cœptoꝝ atq; exituum multaꝝ rerum inſtru/ ctionem:qua ſenes adoleſcentibus ſapientiores exiſtiman/ tur:quoniā plura conſpexerunt in uita:& non ex ſuis tan/ tum uerũ etiam ex alienis periculis cautiores effecti me/ lius iudicant melioraq; conſilia aſſumunt. Opes uero atq;

imperia maximoꝝ regum potentiſſimorũq; populorũ qui uſq;adeo facilirer corruiſſe legunt̃:hi q̃ ſtultũ ſit intelligunt pro illis ſupbire ac gloriari q̃ nemo exploratũ hr̃e pót uſq; ad ueſpas eẽ duratura.Ita & ſapiẽtiores & modeſtiores nos hiſtoria efficit.Ego igit̃ reuerẽdiſſime pater hos libros ad te mittere cõſtitui:ut & amorẽ meũ erga te ꝑcipuũ recognoſcas:&iudex exiſtas laboꝝ nr̃oꝝ:quos ita demũ recte ſuſcepiſſe putabo ſi a te hoĩe doctiſſimo ac ſapientiſſimo ꝓbabũtur.Principium uero narrandi hinc potiſſimũ aſſumemus.

Leonardi Aretini de bello Italico aduerſus Gotthos.Li.I.

z ENONE Romano principe imperante Gotthi Theoderico duce inuadere Italiã ſtatuerunt eãpridẽ afflictã uariis barbaroꝝ incurſionibus:& tũc Odoacri tyrãnide occupatã qbus de rebus dicere aggrediemur:paulo ſupius cõditionẽ illoꝝ tẽpoꝝ repetẽtes:ut unde ortus ſit Gotthoꝝ aduẽtus & quibus de cauſis ſpẽm inuadẽdi ſuſcepint innoteſcat.Poſt Valentiniani iunioris mortẽ quẽ Romę ĩterfectũ a ſuis cõſtat occidẽtale impiũ uacillare cœpit:&quodãmodo exinaniri. Erant uero per id tẽpus in Italia permagnæ externaꝝ gentium copiæ aduerſus ꝑrrorẽ Attilæ nup a Valentiniano cõparatæ:& poſtea contra Vandalos a Romanis adiunctæ. Hi cũ afflictas opes ac uacillationẽ impii uiderẽt audaciã exinde ſumentes ac ſimul cõſpirãtes partẽ agroꝝ tertiã ſibi per Italiã tribui poſtularũt.Nomen impii ad Auguſtulum

quendã Romanũ p id tẽpus deuenerat:qui cũ eſſet admo/
dum puer ab Oreſte patricio eius pr̃e gubernabat̃.Cũ igit̃
partẽ agroꝝ exercitus depoſceret:Oreſtes aũt uir prudens
& grauis cũ eoꝝ deſiderio refragaret̃:milites eũ interfece/
runt:Moxqꝫ Odoacrũ ducẽ ſecuti Romã uenientes Augu/
ſtulũ depoſuerũt. Ipſiqꝫ iam plane dominãtes partẽ agroꝝ
tertiã ſibi diuiſerũt. Odoacer igit̃ per hũc modũ domina/
tionẽ adeptus ſuo & exercitus nomine ciuitates pro libidi/
ne gubernabat.Zeno aũt Conſtantinopoli imperans ualde
ſuſpectã habere cœpit Theoderici potentiã. Gotthi enĩ per
ſupiora Thraciæ loca degẽtes uexare iã cœperãt uicinas re/
giones:ac minime quieturi aduerſus Romanũ impiũ uide
bant̃.Itaqꝫ quo ſe ac regiões finitimas Gotthoꝝ metu libe/
raret:Theoderico ſuaſit ut ĩ Italiã trãſiret:& ab iniuſtis oc/
cupatoribus ciuitates uindicaret.His ergo de cãis ex Thra/
cia moues Theodericus Gotthos cum cõiugibus & liberis
cumqꝫ omnibus rebus ſuis p Syriniũ & Illyricũ aliaſqꝫ re/
giones ducens Italiã petiit:quã cum tandẽ ingreſſus eſſet
Odoacri duces & copiæ ſibi obuiã fuere:primũqꝫ inter eos
prœliũ fuit nõ ꝑcul Aquileia ſup ſontiũ amnẽ:in quo poſt
acerrimã pugnã uictores Gotthi Odoacri duces ꝓfligarũt.
Poſt hæc cũ urbes circũſtãtes Gotthi cepiſſent & copias ho
ſtiũ aliis locis ꝓfligaſſent:tãdẽ in urbe Rauenna Odoacrũ
obſederũt.Hæc obſidio longius remorata eſt gotthos q̃ ipſi
ab initio exiſtimarãt.Idqꝫ accidit natura loci ꝙ neqꝫ a mari
faciliter obſideri Rauẽna põt cũ ſit in ipſo littore cõſtituta:
neqꝫ a mediterranea regione cũ foſſam hẽat ex pado deriua
tã ac ſtagnis ꝗbuſdã & paludibus coartet̃. Itaqꝫ gotthi triẽ/

nio ferme toto circa illã cõmorati capere nequiuerunt. Finitima tamen Rauēnæ oppida p hoc ipſum tēpus ceperunt omnia præter Ceſenã:quæ & ipſa ualido Odoacri pſidio tenebat. Ad extremũ uero fatigatis obſidentibus & obſeſſis pactione res cõpoſita fuit ut Theodericus ſimul Odoacerq; ſocii dominationis eſſent. His pactis Theodericus & gotthi Rauēnã intrarũt:nec poſthac ullæ partes Italiæ illi clauſæ fuerũt:uerũ hæc regni ſocietas nõ diuturna permãſit. Cum enim occultas inter ſe ſuſpitiones haberēt:præueniēs Theodericus Odoacrũ ad cœnã inuitatũ occidit:ſoluſq; cũ gotthis per Italiã dominat. Fuit autē eius dominatio nõ admodum dura & ſi partē agrorũ ut nuper Odoacer diuiſerat: pro ſuis retinuit. Cæterum ciuitates per ſe ipſas:ac p ciues ſuos gubernari permiſit. Ipſe uero ſedem regni Rauennæ conſtituit:ibiq; inhabitauit. Septē & triginta annis Theodericus in Italia regnauit. Nec tamen interea ſegnis ocio/ſuſq; pmanſit. Nam & Siciliam totã cum omnibus adiacētibus inſulis regno adiunxit:& dalmatiã quoq; ſibi ſubiectam fecit. Q uinetiã per hæc ipſa tēpora magno cũ exercitu alpes Rhodanũmq; tranſgreſſus in ulteriorē galliã contra francos tranſiuit. Itaq; multa geſſit hic rex:fuitq; nomē eius admodũ celebre ac glorioſum:niſi q extremo tempore crudelitatis & ſceleris infamiã ſubiit ob Symmachũ & Boetiũ ſenatores urbis Romæ & alios quoſdã præſtantes uiros ab eo necatos ſuſpitione dũtaxat affectatæ libertatis. Theoderico rege ſine uirili prole defuncto Amuluſuenta filia tunc uidua exiſtens cum Athalarico eius nato in regno ſucceſſit. Erat uero Athalaricus admodum puer. Itaq;

cura ac gubernatio tota reginæ incumbebat. Statim igitur regina pueri curam ſuſcipiens litteris latinis erudiendum & moribus formandū curauit. Præceptores enim litterarū & quoſdam ex gotthorum ſenioribus homines grauiſſimos & compoſitos circa puerū eſſe iuſſerat. Ipſa uero ſeuere ad modū gubernationem exercebat: ꝓhibens gotthorū iniurias: nōnulla etiam Theoderici facta retractans: & ad mitiorem formā reducens: inter quæ & illud fuit quod Boetii ac Symmachi filiis patrimonia dudum a Theoderico publicata reſtituit: aſſerens eos falſis delationibus ac temere a rege creditis fuiſſe damnatos. Theodatū uero conſobrinū ſuum qui magnas in tuſcis poſſeſſiones habens multa uicinorum prędia quaſi per tyrannidē occupauerat: ad reſtitutionem ablatoꝝ faciendam cum acerba increpatione malignitatis coegit. Hæc reginæ ſeueritas multos gotthorum ſibi inimicos reddidit. Itaqꝫ ſimul conſpirantes quidā gotthorum proceres fouere puerum contra potentiam matris ſtatuerunt. Quare ad reginam uenientes non placere gotthis dixerunt: ut rex eorum ſub magiſtris ac præceptoribus uiuat: nec ut ſenioribus traditus obtemperet decere magnum regem equos & arma: & iuuenum exercitia non ſeniorum frigiditatē aut magiſtrorum ſedulitatem meditari. His enim & corpus & animum regis effœminari: illis autem uigorem & peritiam creſcere. Non enim factum eſſe regem ut diſciplina litterarum populos doceat: Sed ut bello & armis potentiam extollat. Hæc & ſi reginam non latebat quorſum tenderent: tamen ne refragari eorum poſtulationi uideretur conceſſit. Adoleſcenſqꝫ æqualium

cõuerſationi traditus breui admodũ tpe ĩ laſciuiorẽ uitam ſcortaq; & libidines ac cęteras hmõi uoluptates trãſuect9ẽ. Matri uero uſq;adeo repugnãs & aduerſus pp malos ſuaſores ut neq; adire illã neq; alloq dignaret̃. Regina igit̃ cũ ſe p has artes ab aduerſariis oppugnari ac regno ſpoliari uideret: nõ tulit dolorẽ ingẽtis ſpũs fœmina: ſed tres gotthoꝝ pceres q auctores ſuaſoreſq; maloꝝ consilioꝝ puero erant: miſſis clã pcuſſoribus occidi fecit. Ipſa uero adoleſcẽte ſibi recõciliato gubernationẽ reſumpſit. Sed Athalaricus ex ſuperiori uitæ laſciuia in uarias ægrotationes plapſus decimooctauo ætatis anno defunctus eſt. Regnauit aũt Athalaricus una cũ mr̃e poſt Theoderici mortẽ annis decẽ. Regina uero poſt obitũ filii cõmodius ſibi pceſſurã gubernationẽ arbitrata ſi ſociũ & adiutorẽ aliquẽ hr̃et: Theodatũ cõſobrinũ ſuũ cuius ſupra mẽtionẽ fecimus ĩ cõſortiũ regni aſſumpſit. Erat aũt Theodatus lr̃is græcis latiniſq; liberaliter eruditus: multãq; Platoni opam & phiæ ĩpẽderat. Cæteꝝ natura ĩbecillis & incõſtãs multis uiciis laborabat. Is ergo ad regnũ bñficio reginæ aſſumptus ſtatim ingratitudinẽ ac pfidiã oñdit. Secreto enim cũ inimicis reginæ cõſpirãs eã cepit: captãq; in Vulſinii lacus ĩſulã relegauit. Nec multopoſt p filios agnatoſq; eoꝝ quos regina in ſeditiõe filii occidi fecerat: ut ipſa interficeret̃ pmiſit. Hęc tãta pfidia ac malignitas Theodati multos gotthoꝝ turbauit: caſumq; reginæ indignũ & ſucceſſionẽ Theoderici tã nefarie deletã miſerabãtur: nec multũ a ſeditiõe aberãt gotthi. Q uę cũ ĩtellexiſſet Iuſtinianus ĩpator (ad hũc enim poſt Zenonẽ & Anaſtaſiũ & Iuſtinũ deuenerat ĩpiũ) tp̃s idoneũ ratus Italiæ liberãdæ

mētē &cogitationē ſuā ad has ptes cōuertit. Inuitabat īſup
eū pſperitas impii q̄ pauloañ p Beliſariū ducē ſupatis bel
lo Vādalis Aphricā illis abſtulerat. Nec ferēdū iā ſibi uide
batur ut cōtra decus īpii romani & Italiā occupari a barba/
ris pateretur. His rōnibus pmotus oratoribus ad Theodatū
miſſis reſtitui ſibi Italiā & Siciliā poſtulauit offerēs in hui9
rei cōpēſationē alias dignitates. Quod ſi nō faceret bellū
ut expectaret edixit. Ea cū Theodatus detrectare uideretur
nō ultra cunctādū ratus īpator Beliſariū in Siciliā tranſire
cū exercitu iuſſit. In apparatu tñ faciēdo nō in Siciliā ſed ī
Aphricā miſſurū ſe claſſem ſimulabat. Per idē quoq; tps mū
dū quēdā ducē cū aliis copiis Dalmatiā inuadere mādauit
ut hinc inde pcuſſi gotthi facilius opprimerentur. Et Mūdus
qdē Dalmatiā ingreſſus ſalonas occupauit: belloq; & tumul
tu ptes illas īuoluit. Beliſarius aūt parata claſſe militibuſq;
impoſitis in Siciliā nauigauit. Habebat uero peditū dele/
ctorū copias ſatis magnas: & inſup eqtes eādē claſſe porta/
bantur. Præerāt pedeſtribus copiis Conſtantinus & Beſſas &
Herodianus: eqtibus aūt Valētinus & Innocētius & Ma/
gnus: oīum uero dux & moderator Beliſarius. Secut9 ergo
Iuſtiniani præceptū cū ſe Carthaginē petere ſimularet: Si/
ciliæ p uiā applicuit: Et quaſi reficiēdi ſui cā in his locis de
ſcendit: ſumptoq; exinde tpe idoneo catinā urbē repēte ad
ortus occupauit. Inde mox copias oſtētans ac ppoſitū ape/
riens nō multos poſt dies ſyracuſas dedētibus ſeſe ciuib9 ſu
ſcepit. Poſt hæc mirabilis fuit uictoriæ curſus dedētib9 ſeſe
ciuitatibus atq; ultro uocātibus. Cā uero hui9 erat ſiculorū
in Gotthos odiū: & īpii romani auctoritas & Beliſarii prę/

ſentia:q̄ cū a Vādalis africā liberaſſet:idē facturus de Got/
this p ſiciliā & italiā ſpabatur. Præterea Gotthi nullos p ſi/
ciliā apparatus fecerāt:nec ibi futurū eē bellū putabāt. Itaq̧
quicunq̧ per ſiciliā erant gotthi. ſubita Beliſarii inuaſione:
ac defectione ciuitatū attoniti de fuga magiſq̧ de reſiſtētia
cogitarūt. Panormus ſola quoniā in ea urbe ualidū gottho
rum erat pſidiū obſidiōem expectauit & ptulit. Quæ cū a
terra munitiſſima eſſet:hoſteſq̧ cōtemneret claſſe ī portu de
lata mari-tādē expugnata eſt. Portus. n. uſq̧ ad mœnia pa/
tebat:animāduerſumq̧ fuerat a Beliſario quibuſdā in locis
malorū nauiū altitudinē celſius attolli q̄ mœnia. Quare ſa
gittarii per malos diſpoſiti ſubiectos hoſtes ſagittis & telis
undiq̧ ferientes mœnia defenſoribus nudauerant:aliiq̧ ſub
euntes abſq̧ ullo metu muros cedebāt:quo periculo addu/
cti hoſtes urbē deder̄. Hæc ciuitas nltima cunctarū ſiciliæ ci
uitatū in poteſtatē deuenit. Recepta Panormo Beliſarius ſy
racuſas reuerſus ludos magnificos edidit:ac mūiſma ī mul
titudinē diſperſit. Erat. n. extrema conſulatus ſui dies: q cō
ſulatus ſibi traditus fuerat ob honorē uictoriæ contra uan/
dalos partæ:adeoq̧ fortunam habuerat fauētē:ut extrema
conſulatus die ſiciliā uniuerſam ad ſuperiores uictorias re/
pertus ſit addidiſſe. In ſiciliam quidē in hunc modū res p/
ceſſerant:in dalmatia uero contractis magnis copiis ad ur/
bem ſalonas duxerūt. Cunq̧ in propinquo eſſent & bellum
hincinde gereretur:pugna tandem cōmittitur non ex præ/
parato ſed præter expectationem utriuſq̧ exercitus:cā ue/
ro pugnandi in hunc modū fuit. Mauritius erat Mūdi du
cis filius:adoleſcens egregius:ac manu promptus. Is ptem

equitatus habens ſpeculatū ierat gotthoꝝ caſtra. Huic for/
tuna quadam hoſtium equitatus obuiā fuit. Cum ſeſe mu/
tuo conſpexiſſent: nulla fuit mora quin prœliū cōmitteret.
Pugnatumq; eſt aliquādiu ita uehemēter ut enixus fieri nil
poſſet. Præſtanteſq; gotthoꝝ permulti in eo prœlio occide/
rūt: & Mauritius ipſe ad extremū occubuit. Sēſerāt uraq;
caſtra prœlium cōmitti: & utriq; ſuis opē ferre properabāt
in uia dum eſſet Mundus interitū filii cognouit. Tunc hoā
mo natura uehemens & bellicoſus quaſi rabie quadā in ho
ſtes defertur. Aduenerant inter hæc omnes gotthoꝝ copiæ:
ac totis caſtris hicinde certabatur. Pugna fuit cruētiſſima:
& aſperrima. Tandem fracti gotthi magna ſuoꝝ cæde ī fu
gam uertunrur. Sed Mūdus inſaciabiliter dum gotthos cę
dit: ac profligatos longius ira ac dolore amiſſi filii perſequi
tur: in ſua ipſe uictoria a fugientibus hoſtibus occidit. Ita
uindicta filii ſupra modū exercitata patri inſuper interitū
cumulauit. Poſt hoc prœliū utriq; exercitus diſceſſere. Nā
& gotthi profligati conſiſtere in his locis auſi nō ſunt: & Iu
ſtiniani milites ob mortē ducis conteriti relictis Salonis re
tro abierunt. Non ſilebo in hoc loco quod ſcriptū ē a non/
nullis auctorib9. Sybillæ dicunt fuiſſe carmia uetuſtiſſima
ī qbus ſignificabat cū africa recepta iteꝝ a romanis foret:
tūc Mūdū cū ꝑle ſua eſſe ꝑiturū: hoc Sybillæ uaticinium
multos mortales cōteruit ſolicitos nę cœlū & terra cū uni/
uerſis hoībus ꝑiret. Tūc aūt africa ſuꝑiori bello uirtute Be
liſarii recepta huius ducis ac filii interitū fuiſſe ꝓdictum a
Sybilla apparuit: adeo cuncta uaticinia inuoluta ambagi/
bus ſunt. Poſt mortē hui9 ducis ac diſceſſum exercitus got

thi p Dalmatiã plus poſſe cepunt. Grippa ſiquidẽ unus ex Gotthoꝝ pceribus refecto cõfeſtim exercitu Salonas urbẽ: & quicqd prius cepat Mũdus p ea loca recupauit: multoq; ſupior Gotthoꝝ res p eas ptes uidebatur: Theodatoq; regi animus creuit: ut iã cõfideret bello ſe uel parẽ uel ſupiorem futurũ. Iuſtinianus uero cũ hæc quę Dalmatia geſta fuerãt cognouiſſet: Conſtantianũ quẽdã ex aulicis ſuis bello Dalmatico pfecit. Et ſimul ad Beliſariũ ſcripſit ne cunctaret in Italiam tranſire. Cõſtantianus igit refecto exercitu: claſſeq; affatim ſtructa cũ aliquod tps in his cõficiendis dyrrachii cõmoratus eſſet: tandẽ inde mouẽs epidaurum nauigauit. Erãt epidauri exploratores qdã a Grippa ſummiſſi: q cũ uiderẽt Cõſtantiani claſſem iuxta littus nauigantẽ multitudine nauium & ſtructura egregiã cõfeſtim ad Grippã reuerſi rẽ p ſe magnã etiã magnificẽtius extulerũt. Quib9 auditis Grippa incertus conſilii eſſe cœpit. Nã & pugna decernere aduerſus tãtas uires pnicioſum ac temerariũ arbitrabat: & includere ſe ſalonis nõ ſatis confidebat: ciuib9 ſuſpectis & mœnib9 eius oppidi qbuſdã in locis uetuſtate collapſis: mari etiã pualẽtibus hoſtibus cito ſe ad inopiã cõmeatus redigi poſſe formidabat. His curis anxius tandẽ quod potiſſimũ in difficultatib9 uiſum eſt: cõſiliũ capit. Salonis egreditur cũ oĩb9 copiis & aliquãto pfectus caſtra loco idoneo cõmuniuit. Inter hæc Cõſtantianus cũ tota claſſe liſnã peruenit. Ibi cu& ea quę facta erãt cognouiſſet: ad pximũ littus nauigauit: militibuſq; expoſitis qngẽtos coꝝ pmiſit: ac fauces anguſtoſq; aditus q nõ longe ſalonis abſunt: p noctẽ occupare iuſſit. Id factũ cũ eſſet ipſe poſtridie exercitũ omnẽ

ſalonis admouit:ac nullo negocio urbē recepit. Id cū Grippa intellexiſſet:paucis diebus circa ea loca moratus abire cōſtituit:atq; ita Rauēnā mari delatus Dalmatiā & Liburniā penitus dereliqt:quæ ſtatim nullo iā repugnāte in Conſtantiani manus deuenere. Beliſarius āt lr̄is Iuſtiniani acceptis cū ſibi in Italiā trāſeundū eēt:militū pſidio Syracuſis & Panormi relicto ipſe cū reliquis copiis Meſſanā petiit: atq; ibi traiecto freto Rhegiū uenit. Inde p Brutios & Lucanos pedeſtri itinere exercitū duxit. Claſſis uero ut per litus inferi maris q̄ ppe ſe nauigaret edixit. Dū iter facit frequētes eoꝝ locoꝝ populi ad illum defecerūt. Profectus per hūc modū aliquot dieꝝ iter tādē ad Neapolim cōſtitit:quę urbs magua ac ualida Gotthoꝝ pſidio tenebat. Ac ſtatim Beliſarius claſſem in portu extra:teli iactū ad ancorā ſtare iuſſit. Ipſe aūt admotis ppe urbē copiis ſitū urbis ac naturā loci a terra ſpeculabatur. Nec multopoſt arcē munitā in ſuburbano exiſtentē pactione cepit. Inde cū obſidionē pararet:uenerūt ad eū Neapolitanoꝝ legati:in qbus erat Stephanus qdā Neapolitanus uir & auctoritate inter ſuos & cōſilio pſtās. Is hæc ferme dixit:nō recte facere Beliſariū q Neapolitanis nulla prius iniuria laceſſitus bellū inferat. Se qdē urbē incolere Theodati & Gotthoꝝ pſidiis cuſtoditā. Itaq; nihil ſpare a Neapolitanis cum poſſe utpote in alioꝝ poteſtate cōſtitutis. Quinetiā ſi fas ſit dicere nō bono conſilio illic fruſtra morari. Si eni inqt Romā habueris:Neapolim quoq; hēbis. Sin uero Roma excluderis:ne ſi Neapolim hēas eā retinebis. Itaq; Romā aduerſum Gotthos q ibi ſunt:tibi ducendū fuit:nō Neapoli eē moradū:quæ utcūq;

res cadẽt ſit acceſſio futura. Ad hoc Beliſarius rñdit. utrum bono uel malo cõſilio circa Neapolim cõmoret̃: nõ eẽ Neapolitanoꝝ ſibi p̃ſcribere: neq; enim eoꝝ ſnĩam ſup hoc ſciſcitari: quæ uero ad eos ꝑtinẽt cogitare eos debere. Vtrum p̃ſtet exercitũ imꝑatoris Romani pro ſalute ac libertate ꝓpria recipe: an in ſeruitute barbaroꝝ ꝑmanẽtes merito oppugnari ac deleri. Se qdẽ niſi recepta urbe nõ eſſe abiturũ. Cupere uero ſine ꝑnicie eoꝝ potius q̃ cum ꝑnicie urbe potiri: hæc palam. Secreto aũt Stephanũ cõmonefecit: ut beniuolentiã potius & gratiã imꝑatoris q̃ indignationẽ ꝓmereri ciues ſuos adhortetur. Legati igittur in urbẽ reuerſi Beliſarii uerba rettulere. cũq; de his rebus cõſultaretur: rogatus ſnĩam Stephanus nimium ſibi ꝑiculoſum uideri inquit tantã belli molem in ſe ipſos neapolitanos ſuſcipe: proinde pactione aliqua ſaluti ſuæ ꝓuidẽdũ eſſe cenſebat. Adiuuabat quoq; hãc ipſam ſnĩam Antiochus quidã genere ſyrus: longo tp̃e neapoli mercaturæ gratia cõmoratus homo diues: ac magnæ apud neapolitanos fidei: hic eadẽ ſuadens q̃ Stephanus cenſuerat multos ꝑmouerat. Populus quoq; ac multitudo urbana eadẽ cupiebat. Iamq; uoces audiebãtur apte dicentiũ portas Beliſario eſſe apiendas. Gotthi erãt in p̃ſidio circiter octingenti: qui q̃q̃ grauiter iſta ferrent: tamẽ aduerſus populi uoluntatẽ repugnare nõ auſi ſe ipſos cõtra xerãt. Paſtor & Aſclepiodotus erant neapolitani in primis Gotthoꝝ amici: & qui p̃ſentẽ ciuitatis ſtatũ mutari ꝑmoleſte ferrẽt: hi cõſpecta populi uoluntate apte refragari non audẽtes tranſuerſa quadã uia impedire cõuentionẽ aggreſſi ſunt. Quã ob rẽ eadẽ illa quæ cæteri in cõcione laudãtes

pactis ac iureiurādo multa cauendū eſſe ſuaſerūt:erāt uero
talia quæ nō putabāt Beliſariū eſſe conceſſurū ꝑſertim cū
de his obſeruādis iuſiurandū ab eo peteretur. Viſi igiẗ pro
beniuolentia populi illa dicere decretū in eoꝝ ſnīam fieri
optinuerūt. Cunctaq; in libellum diligenter redacta. Ste/
phanus a ciuitate miſſus Beliſario detulit:qui cū illa legiſ/
ſet ſingula poſtulatoꝝ capita benigne ꝓbauit:ac iuſiuran/
dum ſuū optulit pro his obſeruandis. Stephanus igitur in
urbē reuerſus hæc rettulit. Populus aūt lætitia affectus di/
ſcurſari iam ad portas:Beliſariūq; in urbem uocari debere
clamitabat. Hæc igiẗ aſpicientes Paſtor & Aſclepiodotus
quādo primæ illoꝝ artes non ꝓcedebant Gotthos ſimul ac
Neapolitanos ciues ſuæ factionis in unū conuocāt:docent
ſtultū eſſe arbitrio multitudinis ſpitę ciuitatē ꝑdere. Quis
enim nō intelligat ſi Beliſarius capiēdæ urbis fiduciā habe
ret ullam:poſtulata quæ ad illū miſimus nunquā fuiſſe cō/
ceſſurū? Nunc aūt omni deſtitutus ſpe ea cōſentit q̄ ſerua/
turus non eſt:quo nos ꝓditores piculo noſtro faciat. Nam
ſi beniuolentia quā ꝑdicat teneretẗ:non hic manens in frau
dem nos ſpelleret:ſed ultra ꝓgreſſus cōtra Theodatū & got
thos ꝑlio decerneret. Hæc & huiuſmodi ſuadētes ad repu/
gnandū hortati ſunt:& gotthis animos addiderūt ad urbē
defendendā. Iudæos inſuꝑ quoꝝ magna neapoli multitudo
erat armauerūt:ac ſibi cōiunxerūt. Quibus rebus deteriti
ciues colloquia Beliſarii oēmq; cōuentionū ſpē interrupūt.
Ille igiẗ poſthac ab bellū ſe cōparauit:ſępiuſq; expugnatio
ne tētata magno ſuoꝝ militū detrimento depelliẗ. Mœnia
enim neapolis partim mari circūdanẗ:partim locis arduis

ſaltuoſiſq; exiſtũt:adituſq; difficillimos ꝑuadẽtibus habẽt. Aquę ductus uero q aquã ĩ urbẽ deferebat:licet a Beliſario reciſus fuiſſet:tñ nõ multũ obſeſſis nocere uidebat̃:ꝑpterea ꝙ pluribus in locis puteos habebãt ut deeſſe illis aquã non poſſet.Maxima uero detinebant̃ ſpe auxilii uẽturi qm̃ miſ ſis Romã nũciis opẽ ferri ſibi aduerſus hoſtes poſtularant. Cũ eſſet Beliſarius exigua ſpe:ac de omittẽda obſidione co/ gitaret fortuna mirabiliter ſibi uiã apuit.Aquę ductus erat ſolo inciſus.p quẽ aqua in urbẽ ferebat̃.Hũc ab initio ob/ ſidionis Beliſarius ut ſupra diximus interrupat. Per eũ mi/ les qdã Iſauricus forte ingreſſus uſq; ad mœnia urbis pene trauerat.Erat uero in ea pte q̃ mœnibus inferebat̃ petra nõ manu poſita ſed natura:p quã pforatã aqua in urbẽ tranſi/ bat.Magnitudo aũt foraminis nõ tãta erat:ut uir ingredi poſſet.Quæ cũ ſatis cõtẽplatus eſſet miles ĩtellexit ſi petra illa magis patefieret aditũ fore in urbẽ.Itaq; nota Beliſario cũcta facere curauit.Dux uero lætatus ac magna pollicit9 pmia alios ſibi coadiutores eligere militẽ iuſſit:ac petrã illã magis apire:nõ cedẽdo ne pcuſſio exaudiret̃:ſed limãdo ac paulatim demẽdo perq̃ latẽter.Hæc ut dux iubebat ita mi les egit.Deniq; aſſidua diligẽtiq; militis opa effectũ eſt:ut armatus uir cũ thorace & clipeo p eũ locũ ingredi ualeret. Hæc facta cũ eſſent Beliſarius uidẽs iã urbẽ fore in ei9ptãt te timenſq; ne a militibus uaſtaret̃:Stephanũ rurſus ad ſe uocauit:caſuſq; miſerabiles q captis urbib9 accidere cõſue/ uerũt:cædes uiroꝝ:mulieꝝ ad libidinẽ raptus:incẽdia:ra/ pinas ac mala cætera memorauie.Proinde uiderẽt Neapo/ litani ne extremũ piculũ expectẽt:adhuc eni aliter reſipiſcẽ

di tẽpus eſſe.Stephanus igiť his auditis cuncta cũ lachry/
mis ac gemitu ciuibus ſuis rettulit.Illi aũt ſpernẽtes cõtem
pſerũt.Beliſarius igiť cœptũ ſuũ ꝓſecutus cũ urbem cape
ſtatuiſſet in hunc modũ ꝓuidit.Primis ſtatim tenebris mi
lites quadringentos delegit.Hoꝝ ſingulos thoracẽ clipeũq;
& gladiũ ferri iuſſit:paratoſq; & armatos ſilẽtio qeſcere do
nec admoneanť.Ductores uero his pręfecit Magnũ & Enn
nã uiros ſtrenuos:quoꝝ uirtute plurimũ cõfidebat.Cũ me/
dia iã noctis pars trãſacta eſſet:ductoribus ipſis rẽ aperiẽs
ac locũ oñdẽs milites p aquæ ductũ accẽſis luminibus du/
cere ĩpauit.Cũ uero in urbẽ puenerint qd facere illos uelit
admonuit:cape enim partẽ aliquã muri ac tuba id ſignifi/
care.Ipſe uero ſcalas pmultas iãpridẽ cõparauerat qbꝰ mœ
nia aggredereť.Exercitũ aũt totũ in armis eẽ iuſſerat:mul
tos circa ſe expeditos intẽtoſq; habebat.Inter hęc pleriq; ex
militibus q cũ Magno erãt periculũ formidãtes retroceſſe/
runt:nec exhortationibus aut minis cõtineri poterãt:quos
Beliſarius duriter increpitos dimiſit:ac ducentos eoꝝ quos
circũ ſe habebat in eoꝝ locũ ſummiſit. Qua cõtumelia ẽt
illi ipſi q prius recuſauerãt ſecuti ſunt.Milites igiť p aquæ
ductũ longã & cæcã uiã ierunt:nõ enim ad mœnia finieba
tur aquæ ductus:ſed lõgius ꝑ urbẽ penetrabat:teſtudinem
deſup habẽs ex lateribus coctis:nec prius ubi locoꝝ eſſent
milites intelligere potuerũt:q̃ deſinẽte iã teſtudine cælũ ap
paruit:tũc ſe media in urbe ſenſerunt eſſe:& ſimul euadere
ex eo loco difficile fuit:ꝓpterea quod parietes hincinde al/
tius ædificati difficilẽ armatis faciebant aſcenſum.Vt uero
tãdẽ alteri alteros iuuãtes emerſerũt:ad mœnia ꝓfecti tur/

res duas occiſis cuſtodibus occuparũt:atq; inde tuba cane/
re & clamorẽ attollere cœperũt. Beliſariuſq; cõfeſtim ad ea
loca ꝓfectus ſcalas mœnibus admouit:ac milites cõſcẽdere
iuſſit:fuit & in hoc loco difficultas & mora qm̃ ſcalæ utpo
te clã factæ ad altitudinẽ muri non ꝑtinebant. Itaq; neceſſe
fuit binas ſimul ſcalas colligare:atq; ita cõſcẽdere. Hæc fie
bant ab ea parte urbis quæ ad ſeptẽtriões eſt uerſa:eodẽq;
tp̃e ad aliã urbis partẽ quæ ad mare ſpectat acerrime dimi
cabatur. Iudæoꝝ enim multitudo in hoc loco pugnabat:ho
mines proterui ac temerarii & q capta urbe nullam ſibi ue
niã futurã ſperarent. Itaq; reſiſtebãt acerrime:nullũq; ĩgreſ
ſum hoſtibus ꝑmittebãt. Alia uero pars exercitus portã ur
bis ad orientẽ uerſam incenderat:ac perrũpe in urbem fe/
ſtinabat. Inter hæc dies apparuit:portaq; a militibus q ſca
las aſcenderãt refracta ingreſſum exercitui ꝓbuit. Simulq;
per portã ad orientẽ uerſam quã incenſam a militibus dixi
mus penetratũ. Tunc diſcurſum ꝑ urbem eſt:cædibuſq; &
rapinis omnia fœdata. Præcipue uero ſæuiebant ii milites
quoꝝ fratres uel agnati ſuꝑioribus prœliis circa urbẽ com
miſſis interfecti a Neapolitanis fuerant. Hi tunc urbe ca/
pta uictoriã crudeliter exercebant:nulli neq; ætati neq; ge/
neri hominũ parcentes. Iudæi uero qui partẽ urbis ad ma/
re uerſam defendebant:etiã capta cæteris in locis urbe ipſi
tamẽ acerrime repugnabant. Nec prius ceſſauerũt q̃ diſcur
rentes ab urbe milites eorum terga inuaſerunt. Tunc ab ea
quoq; parte intra urbẽ penetratũ:cædeſq; & rapinæ ubiq;
factæ. Beliſarius capta Neapoli humaniſſime uictoria uſus
eſt. Nullũ enim Neapolitanoꝝ poſt arma depoſita interfici

aut capi pmiſit:mulieres ab omni libidine integras reſerua
tas maritis parẽtibuſq; reſtituit.In gotthos etiã q p̃ſidio fu
erãt nullã ſæuitiã oñdit.Paſtorẽ uero & Aſclepiodotũ tãto
rũ maloꝝ auctores nõ ipſe Beliſarius ultus eſt:ſed ciues ip
ſi neapolitani multitudoq; urbana:quę poſtridie q̃ capta fu
erat urbs ad ædes illoꝝ diſcurrẽs reptũ domi Aſclepiodotũ
occidit:ac p urbẽ traxit.Paſtorẽ uero quærẽs repire nõ po
tuit:Ille enim in ipſo captæ urbis tumultu uel morte uolũ/
taria uel dolore ac deſpatione animi interierat.Populus tñ
ardens odio nõ prius q̃rere illũ deſtitit q̃ fidẽ oculis accepit
eũ interiiſſe:nec tempare potuit qn eius cadauer mẽbratim
diſcerpet.Veniã huic tãto furori dãte Beliſario pp mala ab
illis in quos ſæuiebat̃ cõmiſſa.Neapolis igit̃ p hũc modũ
capta & ſeruata eſt.Gotthi aũt q Romæ & circũ ea loca de
gebãt auditis his q̃ Neapoli facta diximus in ſuſpitione ac
metu plurimo cõſtituti erãt:nec dubitabant Beliſariũ cũ ui
ctore exercitu ad ſe eſſe uẽturꝝ.Quare ſe ipſos cohortãtes
ac cæteros gẽtis ſuæ bellatores euocãtes inter ananiã & ta/
racinã caſtra fecerũt.Ibi cũ ſimul eẽnt Gotthoꝝ copię mul
ta de ſupiori malignitate Theodati multaq; de p̃ſenti ſegni
cie cõqueſti demũ ſeditione in exercitu facta Vitigẽ ſibi re/
gẽ creauerũt.Erat aũt Vitigis nõ ex regio genere ortus ſed
magnus bello uir quõdã habitꝰ:Eaq; uirtute nomẽ & aucto
ritatẽ ſibi plurimã cõpauerat.Theodatꝰ uero ſimulatq; iſta
ſenſit arrepta fuga rauẽnã ire ppabat.Sed miſſi cõfeſti poſt
eũ a nouo rege ſatellites p uiã aſſecuti illũ ĩterfecerũt. Poſt
hęc uitigis romã ucit:ſenatũq; & ppl̃m allocutꝰ bñficia The
oderici mẽorauit:eoſq; hortatꝰ ẽ ne qd noui moliant̃. Ma/

gnas gotthoꝝ uires p Italiã eſſe docuit:nec ea q̃ accidiſſent incõmoda pp imbecillitatẽ gẽtis accidiſſe:ſed pp diſcordes erga Theodatũ animos. Nũc aũt cõſpirãtib9 in unã eadẽq; uoluntatẽ gotthis cõtrarios effectus eſſe ſecuturos. Itaq; nei minẽ ſine ſua pnicie p Italiã res nouas moliturũ eſſe. Hæc aũt cũ Liberio Romanæ urbis pſulæ egit. Et quoniã nouũ erat eius regnũ iureinrãdo ſibi populũ & pontificẽ obliga/ uit. Ex ſenatu uero & ex populo Romano pmultos dele/ git:quos obſidiũ loco cõſtituit:urbi aũt Romanæ quendã ex pceribus ſuis Luderim pfecit:eiq; delectoꝝ militũ quat tuor milia reliquit qbus Romã cuſtodiret. Ipſe cũ reliquo exercitu Rauẽnã petere cõtendit:quo regnũ magis ſtabili/ ret:eo cũ pueniſſet Amalaſuentę filiã Theoderici neptẽ quę a Theodato captiua tenebat in matrimoniũ ſuſcepit:ut rei gio ſanguine dñationẽ honeſtaret. Gotthoꝝ aũt copias uni decũq; uocare parareq; nõ deſtitit:armaq; & equos inter ſu os partiri ac cætera quę ad bellũ ptinerẽt ſtudioſe puidere. Sed cũ magna gotthoꝝ robora circa padũ & ticinũ ac cæ tera p galliã ciſalpinã eſſent:eaq; cõtrahere. Vitigis feſtina/ ret:obiecta illi formido eſt Frãcoꝝ gẽtis. Franci.n.p id tp̃s ad alpes uſq; dñationẽ extẽderãt. Cis alpes uero gotthi poſi ſidebant:nec ſane inter ſe amici ſed ſuſpecti magis diſcor/ deſq; hẽbãt. Et iritatos nup frãcos a Iuſtiniano ĩpatore cõ/ ſtabat:ſuadente ut bellũ aduerſus gotthos capeſſerent. Ob hãc igit̃ ſuſpitionẽ Vitigis oratoribus ad Frãcos miſſis dei lere ab ea pte formidinẽ ſtuduit. Quod & tandẽ aſſecutus eſt fœdere cũ illis icto amicitiaq; cõtracta. Dũ hæc a Vitigi de puidẽt̃:interea Beliſarius refecto ornatoq; exercitu Roi

mã petere cõſtituit. Itaq; relicto neapoli Herodiano cũ pſi dio militũ: cumis quoq; alio pſidio impoſito ipſe cũ cętero Romã petiit: iter eius p uiã latinã fuit. Romani uero aduẽ tũ Beliſarii ſentiẽtes nequaq̃ moleſte ferre uidebant: & iam Fidelis qdã Mediolanẽſis qui p tpa Atalarici pfectus regię domus fuerat: ex urbe Roma pfectus Beliſario nũciauerat: ut copias q̃ pxime admoueret: populũ. n. Romanũ exercitui impatoris Romani nequaq̃ portas eſſe clauſurũ. Intra urbẽ quoq; ex multoꝶ ſermonibus hãc eãdẽ uoluntatẽ populi erat inſpicere. Quibus cõteriti gotthi q Romæ in pſidio erãt relicti: ſpõte ſua oẽs abire ſtatuerũt pter Luderim pfectũ qui pudore ductus pire maluit q̃ urbẽ fidei ſuæ creditã deſerere. Romani gotthis abeũtib9 ſecuritatẽ pſtitere: euenitq; ut eadẽ die atq; hora gotthi qdẽ porta flaminia roma exirẽt: Beliſarius aũt porta cælimõtana qnã Aſinariam uocãt Romã intraret. Cũ eſſet enĩ beliſarius maxima oĩum lætitia intra urbẽ receptus: ſenatũ ac populũ q̃ oportebat allocutus: ſummã poſt hęc diligentiã adhibuit in reparãdis mœnibus atq; urbe muniẽda. Nõ ſolũ enĩ mœnia curauit: & ppugnacula idoneis locis cõſtruxit: ueꝶ etiã foſſas & aggeres mœnibus adiũxit: frumẽti quoq; magnã uim nauib9 importãdã & publicis horreis ſeruandã puidit. Romani uero q̃q̃ ingeniũ ducis admirabant: tñ hãc illius ſedulitatẽ in urbe muniẽda nõ pbabãt. Magnũ enĩ ducẽ cũ impatoris exercitu Romã ingreſſum nõ de patienda obſidione ſed de inferẽda cogitare debere. Enim uero ipſe cõſcius paucitatis exercitus ſui & magnaꝶ uiriũ gotthoꝶ: iã mente & cogitatione futurum præuidebat. Nec tamẽ interea ſegnis: ſed

per pfectos ſuos Conſtantinū & Beſſam in hoc ipſo tēpore narniā & ſpoletū & peruſiā dedētibus ſeſe ciuib9 ſuſcepit. Pugnatū eſt etiā nō pcul ab urbe peruſia contra gotthos. Nā Vitigis ſtatim atq3 defectionē Peruſinoꝝ ſenſit Vnilam & Peſſam cū exercitu in tuſcos miſit:quo cæteras urbes in fide contineret:ac ea quæ iā defecerāt oppida recuperarēt. Erat Peruſiæ Cōſtantinus Beliſarii pfectus:copiaſq3 oēs eo contraxerat pter paucos milites quos in pſidio ſpoleti reli/querat.Cum igit appropinquarēt gotthoꝝ copię ac ſub ipſis ppe mœnibus Peruſiæ eſſent:egreſſus urbe Cōſtantinus acie ſtructa & ad dimicādū parata gotthos inuaſit.Cōmit/titur ingēs pliū ac magnis uiribus utrinq3 certatur.Gotthi multitudine Conſtantiniani ſitu loci & fauore pinq̄ urbis iuuabat.Poſt lōgū certamē ſupati ad extremū gotthi in fugā uertunt:fit eoꝝ magna cędes:multi capiunt:inter quos Vnila & Piſſa duces copiaꝝ hoſtiū capti fuerūt:& Romā ad Beliſariū miſſi. Vitigis igit cū pter defectionē urbium hāc inſup cladē accepiſſet:nō ultra differēdū ratus cū toto penitus gotthoꝝ robore in bellū deſcendere cōſtituit. Itaq3 Rauēna mouēs Rōmā ducere prexit hñs in exercitu ducēta milia hominū:plurimoſq3 inter eos loricatos eqtes quos cataphractos appellāt.cū his tātis copiis ita Romā petebat ut nihil magis uereri uideret q̄ ne Beliſari9 nō expectaret. Quare nec ad puſiā nec ad ſpoletū nec ad narniā cōſtitit: Sed romā petere feſtinauit.Beliſarius āt cū tātā belli molē in ſe cōuerti ſentiret:Cōſtātinū & Beſſam cū his quas habebāt copiis ad ſe ppe redire iuſſit.Paruitq3 dicto Cōſtātin9: cōfeſtiq3 ex tuſcis romā duxit.Beſſas uero q erat narnię tar

dius diſceſſit:ut ēt cū primis gotthoꝝ excurſoribꝰ īplicare
tur. Vitigis.n.ꝓximū narniæ iter faciebat. Quo cū primi
añcurſores ꝑueniſſent:egreſſus urbe Beſſas eos īuaſit:& ag/
mina q̄dā eoꝝ in fugā uertit:multoſq; occidit. Sed cū ma/
iore numero ꝑmeret̄ in urbē ſeſe narniā recepit. Mox inde
romā ꝓperās ex uiſu denūciauit gotthos adeſſe. Gotthi nar
niā ꝑtergreſſi ꝑ Sabinos in agrū romanū deſcēderūt. Cūq;
romę ꝓpinquarēt ad anienē fluuiū cōſtiterūt. Nā Beliſariꝰ
pontē ſup eo amne ex utraq; ripa turribus clauſtriſq; muni
erat:ac militū ꝑſidio cuſtodire iuſſerat. Itaq; gotthi primo
aduētu trāſire nequeūtes trās anienē fecerūt caſtra. Nocte
uero inſecuta milites q in ꝑſidio pontis erāt multitudine ac
ferocitate barbaroꝝ cōteriti turres ac munimēta pontis de/
ſeruerūt:clāq; fuga arrepta in cāpaniā abierūt pœnā Beli/
ſarii formidātes. Habebat ī aīo iuxta anienē caſtra facere:
cōtra gotthoꝝ caſtra:quo diutius in his locis hoſtes detine/
ret:quā ob rē poſtridie millę eqtibꝰ aſſumptis ad ea loca ꝓ/
fectus ē:quo & ſitū regiōis & qd agerēt hoſtes ſpecularet̄.
Et ſimul idoneū caſtris ſuis locū deligeret:& ꝓficiſcēti aūt
cū ꝓpe amnē eēt:eqtes gotthoꝝ ꝑ expectātionē ſibi obuiā
uenerūt. Gotthi āt pauloañ munimēta pōtis deſerta ſentiē/
tes clauſtra portaſq; refregerāt. Iamq; trāſgreſſa multitudo
eoꝝ ꝑmagna fuerat:q̄ Beliſario hæc ignorāti cū repēte ob/
uiā ueniſſet ex inſꝑato pugnare cōpellit̄. Et ab initio qdem
ducis munera tm̄mō Beliſarius obibat:iubēs & adhortans
& qd agēdū foret oñdēs. Cum uero ſui magis ac magis ab
hoſtibꝰ ꝑmerent̄:tūc neceſſitate cogēte nō āplius ducis offi
ciū ſed militis exercebat:aduolās ſiqdē iter primos pugna/

tores manu & uiribus ſtrenue rē gerebat. Q no qdē die plurimū ipſe piculi ſubiit ex hmōi cā: erat Beliſario equus inſignis quo plurimū utebat᷑. Is erat colore ſubrutilo frontēq; ſummā uſq; ad nares alba linea diſtinguebat. Cū igit᷑ ex eo pugnaret equo & in primis pugnatoribus uerſaret᷑: trāſfugæ qdā eū noſcitātes clamore ſignificarūt ut ualā ferirent. Hoc enim uocabulo gotthi formā illā eq̄ appellāt: clamorq; p oēs iit ualā feri. Ex quo factū eſt ut tota pugna in unum Beliſariū conuerteret᷑. Q uod niſi circa eū egregia familiariū manus ſe cōglobaſſet: ac īpetū ipſi irruētiū hoſtiū excepiſſent: corpibuſq; & armis equū & Beliſariū inter mille teloꝝ ictus ꝓtexiſſent: euadere nō poterat. Tūc aūt defēnſus egregie eſt tū uirtute ꝓpria cū pitiſſime dimicaret: tū amicoꝝ & familiariū auxilio: q incredibili amore circa illū uerſabant᷑. In hoc loco multi atq; optimi ex Beliſarii familiaribus ceciderūt: & in primis Maxētius uír ſingulari uirtute: q circa Beliſariū pugnās cū p̄cipua fortitudinis opa ediđiſſet: multoſq; gotthoꝝ interfeciſſet: tādem ipſe quoq; multis uulneribus acceptis occubuit. Ad extremū ſe cohortātes q cū Beliſario erāt īpetu facto in fugā hoſtes uerterūt: & uſq; ad pontē pſecuti ſunt. Pedites uero q pro pōte ſtabāt pœliū excipiētes facile Beliſariū & ſuos reppulerūt. Cedētibꝰ multitudo rurſum eqtū p̄mere terga cœpit: qbꝰ difficultatibus in editū quēdā locū ſe recipe coacti ſunt. Ibi quoq; cū equeſtris pugna redintegrata eēt: hoſtiūq; multitudo aſſidue creſceret: multiq; utrinq; pugnātes cecidiſſent: tādē effuſo curſu Romā petere cogunt᷑: fuga fuit ad eā portā quā pincianā uulgo appellāt. Gotthi uſq; ad ipſam portā Beliſariū pſe

cuti ſunt:ut de muris urbis ferirent̃. Fuit quoq; in eo loco tumultus ingẽs. Romani enim q in muris ſtabã :ueriti pro pinqtatẽ hoſtiũ portã apire nolebãt. Nec Beliſari9 licet cla/ mans cognoſcebat̃:quod & iã ſol occiderat:& ipſe puluere ſudoreq; deformatus erat. Cũ igit̃ ad ipſam portã ſe cõglo/ baſſent:nec porta apiret̃ hoſteſq; ĩſtarẽt:Beliſarius ſuos co/ hortatus hoſtes magno ĩpetu inuadit:ac in fugã uerſos lõge ſummouit. Ita fugatis hoſtibus ipſe iã plane cognitus ſuos ĩtra urbẽ reduxit. Pugna huius diei lõge maxima ac uaria fuit. Cœptũ eſt enim pugnari paulopoſt ſolẽ exortũ:deſitũ autẽ iam tenebris terrã opiẽtibus. Optimuſq; pugnator iu/ dicio omniũ Beliſarius ea die exiſtimatus ẽ:In Gothis aũt Viſídus. Cũ ĩ urbẽ rediſſet Beliſarius milites ac Romanos ciues p mœnia uigilias agere nocte illa iuſſit. Præfectis etiã ſuis portas attribuit:ut ſinguli ſingulas tuerent̃. Præcepit autẽ ut ſi qd tumultus oriret̃ nemo ex eo loco in quo collo/ catus foret abiret neu ſe cõmoueret:p eã noctẽ pluribus lo/ cis tumultus excitati ſunt:& pleriq; inanes. Clamatũ eſt.n. per urbẽ ad ianiculi portã hoſtes inuaſiſſe:& arma trepide ob hoc ſumpta. Nec prius ceſſatũ a tumultu q̃ redeũtes in/ de nuncii rettulerũt:omnia ad ianiculũ qeta eſſe:nec hoſtes p ea loca uiſos uel auditos. Ad portã uero ſalariã alius tu/ multus exortus nec is qdẽ temere. Gotthi enim p noctẽ ſub ipſam portã ueniẽtes Romanos ciues q ſtabãt in mœnibus uocauerũt:atq; ibi unus eoꝶ Bacchius noíe uir Romę no/ tus:quẽ Vitigis rex ad hoc ipſum miſerat uerba faciens: Quid eſt inqt Romani:an nõ iã pudet uos ſtultitiæ uñæ:q grẹcis hoíbus:nautis & hiſtrionibus ac nulli ꝓtinus alii rei

gerendæ idoneis:uos ac ſalutē ueſtrā cōmiſiſtis ſpretā Gotthoꝝ potētia quæ primo ſtatim aduētu illos fudit atqꝫ obſedit? Atqui nō ita meriti de uobis erāt Gotthi ut tantā ꝑditionē aduerſus eos moliri debuiſſetis. Sed reſipiſcite iā:unica enim hæc euadēdi uia eſt:ſi portas Gotthis apiatis:non aduerſum uos:ſed aduerſum grȩcos īgreſſuris. Quod ſi pſeueratis in amētia ueſtra īplacabile belliū a Gotthis expectetis. Hȩc Vitigis rex denūciari uobis iubet. Nihil his uerbis rñſum eſt a Romāis:ſed cū ſignificaret̄ Gotthos adeē: cōcurſum eſt ad ſalariā portā. Gotthi uero aliquāto cōmorati in caſtra regis q̄ inter urbē & amnē erāt poſita reuerterūt. Et prima qdē nox in hunc modū trāſacta eſt. Poſtridie uero cū in prœliū nemo egrederet̄:Gotthi ad obſidionē ſe cōpararūt. Eius obſidionis:ratio hæc fuit:Caſtra circa urbē ſex in locis poſuerūt a flaminia uia uſqꝫ ad preneſtinā. His caſtris qnqꝫ urbis portæ obſidebant̄:addiderunt poſtmodū ſeptima caſtra ultra pontē miluiū. Hæc ultima caſtra portā aureliā obſidebāt:& īpediebāt uias q̄ trās tyberim ferūt. Caſtra aūt ipſa uallo & foſſa ac ligneis turribus munierūt: & tā citra q̄ ultra tyberim poſſidētes oīa crebris incurſionibus ꝑuadebant. Beliſarius aūt pro defenſione urbis hæc ꝑuidit. Pincianā portā q̄ cōtra Gotthoꝝ maiora caſtra maxime erat oppoſita:& huic proximā a dextra manu ſalariā: & qcqd circa illas muri eſt ſibi ipſi Beliſarius tuēdas aſſumpſit. Præneſtinā uero portā Beſſæ cōmiſit. Flaminiā uero q̄ eſt a ſiniſtra pincianæ Cōſtātino attribuit:cȩteris quoqꝫ portis alios præfecit. Gotthi ꝑfecti circa urbē aquȩ ductus oēs interruperūt. Erāt hi quattuordecim aquæ ductus mirabili

ope cõfecti p̄ quos aqua in urbẽ uehebatᷣ.Et hoꝝ īterrupti/
one nõ tm̄ aquaꝝ incõmoda nocebant Romanis:quãtũ pi/
ſtrinoꝝ defectus.Nã ex eo aquæ ductu q ex ſummo ianicu
lo p̄ trans tyberim defluebat:utpote decliui ac rapido ma/
gna uis piſtrinoꝝ cõficiebatᷣ.Ex aliis quoq; aquæ ductibus
q̄buſdã ī locis eadẽ cõmoditas moliẽdi īſtituta fuerat.Qui
tũc interrupti p̄magnas obſeſſis difficultates afferebãt.Ad/
uerſus hæc īcõmoda Beliſarius in hunc modũ remedia ex/
cogitauit.Bini lembi paruo īter ſe diſtãtes ſpacio tignis cõ/
iũcti molas ī medio cõtinebãt:q̃ rapido fluminis curſu p/
cite uoluebantᷣ:funes ab utraq; ripa q̃maxime intẽti lẽbos ī
flumine ſuſtẽtabãt:hmõi lẽbos ſecus pontẽ q primus trans
tyberim fert collocauit.Poſt eos lẽbos alios ordine eodẽ di/
ſpoſitos ordinauit.Ne uero hoſtis mittẽdo de ſup̄iori loco
materiẽ & ignẽ officere lẽbis ualeret:cathenę in flumine ad
ipſum pontẽ obiecti oẽm materiã excipiebãt. Exceptã aũt
homines ab utraq; ripa diſpoſiti auferebãt.Et aduerſus pi/
ſtrinoꝝ defectũ hæc optime ꝓuiſa ſunt.Lembi enim piſtri
na largiſſime ſuppleuerũt. Aquaꝝ uero incõmoda tyberis
ſuſtẽtabat.Per mœnia uero pluribus locis inſtrumẽta belli
multiplicia ad feriendũ repellẽdũq; hoſtes Beliſarius effece/
rat:ac ſolertiſſime omnia ꝓuidebat.Gotthi uero contra ad
expugnationẽ urbis inſtrumẽta & machinas comparabãt.
Machinæ uero huiuſmodi fuerũt:primũ arietes quattuor.
Eſt autẽ forma eoꝝ talis columnæ ligneæ quattuor in alti/
tudine rectæ æq̃liter inuicẽ oppoſitæ collocantᷣ.Hę colũnę
tignis octo uiciuntᷣ:q̃ttuor ad imũ colũnaꝝ:totidẽ ad ſum
mũ.efficitᷣq; ueluti q̃dratę cuiuſdã ędiculę forma.hęc rurſꝰ

corrigiis obtegit̃:ne feriri de mœnib9q; intus ſunt poſſint. Trāſuerſum deinde tignū ponit̃ a quo trabs cathenis alliga ta depēdet quaſi uſq; ad mediū altitudinis colūnaꝝ. Habet uero trabs in capite ferrū ingēs & quadratū ab incudis for mā. Machina tota q̄ttuor rotis ad baſes colūnaꝝ impoſitis defert̃. Mouēt aūt eā milites intus exiſtentes nō pauciores qnquaginta:qui poſtq̄ eā mœnibus admouerunt:trabē illā ſuſpēſam machinamēto quodā retro trahūt:moxq; cū im/ petu dimittūt. Trabs aūt uiolētia & pōdere in murū dela/ ta oīa ſcindit ac prumpit. Fecerāt etiā gotthi turres ligneas pari mœnibus altitudine:hæ qnq; rotis uehebant̃. Scalarū p̄terea grādē numerū pauerūt. Et infinitā quandā uim fa/ ſciū ex uirgultis & ſtipula qbus foſſas replere cogitabant. Cū ſatis oīa pata eēnt Vitigis pría luce armatos oēs adeſſe iubet:agminaq; diſtribuit:& qd agere quēq; uelit p̄ſcribit: fit alacritas magna in gotthis & incredibilis pugnandi ar/ dor cū alii faſces:alii ſcalas ferrent:alii machinas admoue/ rent. Beliſari9 ante portā cū lectiſſimis ſup aggerē p̄ſtabat: nec quicq̄ moueri a ſuis iuſſerat:priuſq̄ ipſe ſignū dediſſet. Turres quas paratas a gotthis diximus cōuehebāt:hæ ante cęteras machinas aduehebant̃. Quod cū aſpexiſſet Beliſa/ rius riſit ſimplicitatē gotthoꝝ qui bobus crederēt machinā admoueri ad hoſtes armatos poſſe. Itaq; ſuos oēs ſagittas in boues coniicere iuſſit:qbus cito cōfecti boues cōciderūt: machinaq; deſtituta ulterius admoueri nō potuit:qui autē ſtipulā & q ſcalas ferebāt multitudine teloꝝ ab aggere ue/ niente repulſi:nec foſſas cōplere:nec mœnia adire:nec arie tes admouere ualebāt. Stabat nihilominus gotthoꝝ acies:

Cornelii duxit:eamq; urbem dantibus ſeſe incolis ſuſcepit. Per idē tempus Mūdilas & q cū illo Mediolani erāt maxi/mis difficultatib9 inuolui cœpunt. Theudebertus enim frā/coꝝ rex ab Vitigide ut diximus ex fœdere poſtulatus. x. mi/lia burgundionū ad Vraiā miſerat:q̄ ille multitudine fret9 nō ꝓcul Mediolano caſtra faciebat:& īportationē frumēti cęteriq; cōmeatus oēm īpediebat. Mūdilas copias ſuas Co/mi & Bergomi & Nouarię neceſſario diſptitus fuerat. Ipſe uero nō magnū equitū numeꝝ ſecū habebat:ſed nō erat in defenſione urbis difficultas. Mediolanēſes enim ciues una/nimiter ad defenſionē cōcurrebāt:ſed defectus ānonę in ur/be populoſiſſima timebat̄:ſi barbari diutius ſtare in his lo/cis ſinerent̄. Hęc igit̄ intelligēs Beliſarius Martinū & Vli/ariū cū magnis copiis miſit ut Mūdilę cōiuncti barbaros ſummouerēt. Hi cū ad flumē padi ꝑueniſſent qd̄ diſtat Me/diolano unius diei iter nō auſi tranſire flumē timore hoſtiū diu in his locis deſederūt ſpē Mūdilę & obſeſſoꝝ dieti fru/ſtrātes:polliciti enim ſeſe trāſituros eſſe padū & Mediola/nū acceſſuros nihil ꝓmiſſoꝝ exequebant̄. Obſeſſis uero in dies ſpes ac uictus deficiebat. Tādē uero poſt lōgā expecta/tionē Martinus & Vliarius ueritatē faſſi Beliſario ſignifica/rūt ſe ſolos cōtra tātas hoſtiū copias trāſire nō poſſe niſi ue/lint ad manifeſtā pniciē ꝓficiſci:daret operā ſi ſibi uideret̄ ut Ioānes & Iuſtinus q exercitū nō ꝓcul Bononiā hērēt ſe/cū iungerent̄. Beliſari9 his auditis confeſtim Ioāni Iuſtino ſcribēs ꝑcepit ut copiis ſuis cū Martino cōiunctis Medio/lanū feſtinarēt ad liberādū obſidiōe ſocios ī extremo piculo cōſtitutos. Illi āt nihil ſe facturos abſq; Narſetis iuſſu rn̄de/

rũt:rurſus ad Narſetẽ Beliſari9 de ea re ſcripſit. Qui quãq̃ cõcederet exercitũ illuc ꝓficiſci:tñ qa Beliſarii fuerat cœptũ lente admodũ & incurioſe q̃ſi alienũ negociũ agebat. Per hunc modũ dilata res fruſtrationẽ ſuſcepit. At Mediolanũ in dies acrius ꝑmebat:& fame iã ĩtolerabiliter laborabat ĩ/terq; ſpẽ & metũ traducta ciuitas eas ꝑtulit difficultates & anguſtias quæ uix hoĩb9pferẽdę ſunt. Tãdẽ ad extremã ne ceſſitatẽ ꝓducti Mũdilas & milites ut in columib9 ſibi abi re liceat paciſcũt. Gotthi ãt urbẽ ingreſſi nulli ętati pepce/rũt. Trucidati paſſim ciues nõ mõ q arma ferre poſſent ue/rũ ẽt ſenes & ĩpuberes:mulieres in ſeruitutẽ burgũdionib9 traditæ:urbs ad ſolũ euerſa. Reparatus qdã Romanus ci/uis in ea urbe captus minutatĩ a gotthis cõciſus & canibus traditus ẽ. Ita pulcherrima ac populoſiſſima toti9Italię ur/bs ob diſcordiã Narſetis & Beliſarii ultimã cladẽ ſubiuit. Interfecta ſunt in illa uaſtitate Mediolanẽſium ciuiũ ſupra .xxx. millia. Quę cũ audiſſet Beliſarius ĩ maxĩo luctu cõſti tutus ẽ:ĩꝑatoriq; Iuſtiniano ſcripſit rei toti9initiũ & ꝓgreſ ſum. Iuſtinianus aũt cũ iſta cognouiſſet ægre ꝑtulit:non tñ quẽq̃ pũiuit. Narſetẽ ſolũmõ ab Italia reuocauit:auctorita tẽq; totius belli penes Beliſariũ eſſe iuſſit:ex hoc Narſes cũ parte copiaꝶ in græciã abiit. Beliſarius aũt cũ oĩbus reliqs copiis ĩ Italia remãſit:q cũ de bello gerẽdo liberius iã cogi taret q̃q̃ omnis eius cura in Vitigim & Rauennã erat cõuer ſa:tamẽ duo prius oppida gotthis adimẽda ſtatuebat:q̃ ad uerſus Vitigim & Rauẽnã exercitũ duceret. Erãt uero hæc oppida auximũ & feſulę:ambo ſitu locoꝶ munitiſſima:am bo ualidis gotthoꝶ præſidiis cuſtodita. Neq; enim auximũ

poſt terga relinquere uolebat:cū eſſent in ea urbe ſupra tria
milia delectorꝝ militū pmagna īpedimēta ſociis inferre ua/
lentiū.Neqꝫ feſulas qm̄ tenentibus eā urbē Gotthis nihil p
hetruriā fore quietū exiſtimabat.Exercitu igiť trifariā par/
tito ipſe cū una copiaꝝ parte ad obſidionē auximi ꝓficiſci
ſtatuit.Aliā uero partē cum Cypriano & Iuſtino præfectis
feſulas miſit.Tertiā copiaꝝ partem Martino & Ioāni Vita/
liani ducenda cōmiſit:iubēs ut circa padū cū his copiis ca/
ſtra faciant:Vraiāqꝫ & copias eius in illis locis q̄maxime fie
ri pōt diſtineant:ne in tuſcos uel in picentes ad diſſoluēdas
obſidiones uenirent.Quod ſi cōtinere illū ab aduentu ne/
quirent:uenientē pone cōſequanť.Martinus igitur & Ioā/
nes cum ea quā diximus copiaꝝ parte in galliā ꝓfecti der/
tonā urbem iuxta padū ſitā occuparunt:Indeqꝫ Vraiam &
Gotthos infeſtare cœperūt.Cyprianus & Iuſtinus cū aliis
copiis feſulas adeuntes q̄q̄ difficillima eius urbis erat obſi/
dio ꝓpter naturā aſperitatēqꝫ ſitus:tamē de ſuperiori loco
qua planior eſt aditus q̄ ꝓxime admotis eam urbē obſede/
runt.Beliſarius autē ipſe cū longe ualida manu auximū cir
cūſedit.Vitigis optimū quēqꝫ Gotthoꝝ auximi collocaue/
rat:ſummaqꝫ illi cura fuerat eius urbis muniendæ:cōiectās
id quod uerıſſimū erat nunq̄ Beliſariū ad oppugnandum
Rauēnam eſſe profectuꝝ niſi auximū prius in poteſtatē re
degiſſet.Cū ſitū naturāqꝫ loci Beliſarius ſpeculatus eſſet:ſpē
omnē depoſuit auximū per uim expugnandi.Sita eſt enim
urbs loco ſatis arduo:ac inſuper manus egregia delectorū
militum eā tuebatur uel in campeſtri certamine repugnare
apta.Spes uero unica ſuperat fame ac inopia rerum domi/

tandi præſertim cũ multitudo ingens intra urbẽ obſideret. Q uare Beliſarius oppugnationẽ omittens circa montem undiq; poſuit caſtra intentus q̃maxime ne quid importari ad obſeſſos ualeret. Cæteꝝ ea circuitio caſtroꝝ ut ad ꝓhibẽ dum importationẽ utilis erat: ita inutilis contra ſubitas ho ſtiũ iuuaſiones. Nã qui obſidebantur: cõtra quas libitũ erat caſtrorũ partes de ſuperiori loco repentinos impetus facie/ bant. Cæteræ uero partes longe aberant: nec opẽ ferre mili/ tes facile poterant. Hoſtes igitur per hunc modũ aſſidue ca ſtra fatigabãt: crebraq; ex eo prœlia cõmittebant̃. Erat præ terea non ꝓcul ab urbe locus quidã irriguus: in quo herba plurima oriebatur. Hic locus quaſi campus fuit quotidia/ norũ certaminũ: cum obſeſſores & obſeſſi pabulationẽ ex eo quærerent: & acceſſis hinc inde animis nonnũq̃ totis pe/ ne caſtris eo concurrentibus certarentur. In his prœliis Be/ liſarii milites multitudine: Gotthi ſitu præualebant. Virtute pares utriq; habebãtur. Hæc eadẽ certamina feſulis erant. Nam & inuaſiones frequentes & quotidiana ꝓpe prœlia in ter obſidentes & obſeſſos cõmittebantur. Et unica ſpes obſi dentibus erat: fame ac defectu reꝝ neceſſariarũ obſeſſos ꝑ/ uincere. Nam ui expugnandi urbẽ munitiſſimã nulla erat ſpes. Q uare undequaq; circundantes oppidũ ſtationibus militũ opportunis locis diſpoſitis omnẽ importandi facul/ tatem abſtulerant. Cũ hæc eſſet conditio belli auximũq; in picentibus: feſulæ uero in tuſcis enixe obſiderent̃: nouę ꝓti nus res circa padũ exoriunt̃. Frãci enim Theudoberto du ce ſupatis alpibus p citeriorẽ galliã ingẽti multitudine de/ ſcenderunt. Cauſa uero trãſitus eoꝝ ut poſtea cognitum eſt

illa fuit:qa cū uiderēt ꝑ citeriorē Galliā bellū geri dolebat
gens bellicoſa ac pene īmanis finitimā ſibi regionē p̄mioꝝ
eoꝝ q uiciſſent futurā:ipſos uero ſpectatores ocioſos ſede/
re:eos uicinos expectātes quos uictoria p̄buiſſet:hæc tran/
ſeūdi alpes cā fuit. Vraias ꝑ id tp̄s crebris a Vitigide litte/
ris euocatus padū trāſierat:Rauēnā cū exercitu petiturus.
Martinus aūt & Ioannes a Beliſario nup̄ miſſi Vraiā ꝑue/
nientes caſtra nō ꝓcul ab eo fecerāt:ut ſiqua poſſent trāſitū
ꝓhiberent. Diſtabāt uero eoꝝ caſtra ab Vraiæ caſtris milia
paſſuū circiter ſeptē. Inter hæc Franci circū ea repēte loca
ſup̄uenerūt. Hos Vraias & Gotthi ꝑꝑ fœdus nup ictū auxi
liares ſibi ueniſſe arbitrabant̄:ut ſup̄iori anno Mediolanēſi
bello fecerāt. Erant uero Frāci qui tūc cū Theudeberto al/
pes tranſierāt ad octoginta hominū milia:hoꝝ ꝑpauci equi
tes erāt circa ipſum ducē:cætera uero multitudo omnis pe
deſtris. Arma uero ferebāt:nō pila:nō arcus:ſed ad ꝓtegen/
gū quidē corpus ſcutū & galeā:ad feriendū aūt hoſtē gla/
dium & ſecurim bipennē. In prœliis aūt maxime ſecuribꝰ
utebant̄:q̄bus ex cōpoſito feriētes ſcuta & galeas hoſtium
perfringebāt:ut nemo aduerſus tantā uim reſiſtere ualeret.
Hi ergo ut amici Gotthoꝝ ticinū amnē apud oppidū Pa/
piā pontē tranſgreſſi magnas:poſtea Papienſibus intulerūt
clades:ac īmanitate quadā barbara filios uxoreſq; Gottho/
rum per agrū reptos occiderūt. Moxq; trāſmiſſo pado ubi
caſtris Vraiæ ꝓpinquarūt:ſiue cōſilio ſiue temeritate mul/
titudinis rixa & prœlio cū gotthis implicant̄. Nec prius fi
nis prœliandi fuit q̄ Gotthi in fugā uerſi caſtra ſua deſerue
runt:fugienteſq; nō lōge a noſtroꝝ caſtris admirationē plu

rimã Beliſarii militibus intulerunt. Nihil enim audierant de aduentu Francorum:Beliſarium ignotis abditiſq; itine/ribus ueuiſſe ad opprimendum Vraiam exiſtimabant. Ar/mis igitur raptim ſumptis cum aliquanto progreſſi fuiſ/ſent:inopinato Francis occurrerunt:inuitiq; pugnare co/acti cito franguntᷣ. Neq; repetere caſtra auſi ſola fuga ſibi conſuluerunt. Franci uictores una eadẽq; die Gotthoꝝ & Beliſarii copiaꝝ caſtra utraq; ceperunt:in illiſq; cõſtiterũt: cõmeatu in utriſq; ſatis abunde inuento. Vraias ex fuga Rauẽnam:Beliſarii autem copiæ per Placentinoꝝ & Par/menſiũ fines ſupato apẽnini iugo in hetruriã abierũt. Hic ſubitus francoꝝ aduẽtus Vitigi ſimul Beliſariũq; turbauit. Maxima uero formido Beliſariũ habebat ne frãci in hetru/riam deſcenderẽt:& copias illas quæ feſulas obſidebãt op/primerẽt:Eſt aũt breue expeditũq; iter per Placentinũ Par menſemq; agrũ in hetruriã deſcendẽtibus. Sed Frãci cõmo rantes circa padum cũ neq; uina neq; cætera opportuna re/perirent:utpote in regione longo bello afflicta tantũmodo bouina carne & aqua padi ueſcerentur:in uarios langores breui ceciderunt. Quibus uexati cũ frequentes eoꝝ more/rentur:ſtatuerunt retro abire:ac ꝑ eadẽ ueſtigia qua prius uenerant in galliã ac trans alpes redierunt. Trãſitus igitᷣ frã coꝝ hic finis tunc fuit. Qui uero feſulis obſidebantᷣ Gotthi cum fame premerentur:ac ſæpius poſtulata auxilia non ue nirent:tandẽ pactione urbẽ Cypriano & Iuſtino dedidere. Illi autẽ ſuſceptis feſulis ac p̃ſidio militũ impoſito cũ reli/quis omnibus copiis auximũ profecti ſunt. Nã Vitigis cũ toto Gotthoꝝ robore illis qui auximi obſidebantur laturũ

ſeſe opē ꝑmittebat. Et Vraiæ pſentia hoc ipm polliceri ui/
debatur. Quare Beliſarius quoq; eo copias undiq; contra/
here coactus eſt: ne lōgus obſidionis in irritū caderet. Veꝝ
cū auxilia ſæpius ꝓmiſſa obſeſſis nequaq̄ uenirēt: ipſi tamē
præter opinionē ꝑtinaciter durarent: ſtatuit Beliſarius eos
neceſſitate aliqua ad deditionē compellere: cuius rei gratia
hæc machinat̃. Fons erat perēnis aquæ extra mœnia auxi
mi ab ea parte oppidi quæ ad ſeptētriones ſpectat: ita pro
pinquus mœnibus: ut intra iactū lapidis foret. Eum fontē
Beliſarius tollere cōſtituit: quoniā animaduerterat obſeſſos
ex eo tantūmodo fonte aquā hr̄e: huius igit̃ rei cōficiendæ
cauſa ſub primā ſtatim lucē armari exercitū iubet: atq; ex
cōpoſito ad mœnia accedere. Gotthi uero oppugnationem
oppidi parari exiſtimātes ꝑ mœnia opportunis locis conſti
terūt. Beliſarius quinq; uiros huius artificii gnaros cū dola
bris & malleis ad hoc ipm paratis multoꝝ clipeis ꝓtectos
ad fontē effodiēdū deſtruēdūq; ſummiſit. Qui poſtq̄ eo uē
tum eſt: fornicē quo fons deſuꝑ contegebat̃ ſubeuntes ſecu
ri iā a telis quę de mœnibus mittebant̃ demoliri fontē cœ/
perūt. At enim Gotthi poſtq̄ intellexere omnē conatū fieri
ad fontē demoliēdū egreſſi oppido ꝑliū acerrimū inierūt.
Pugnabat̃ ſub ipſis mœnibus loco difficili & ꝑiculoſo: Got/
this ad fontē tutandū accedere nitentibus: Beliſarii militi/
bus enixe repellentibus. In hoc prœlio multi ceciderūt: plu
rimi tamē ex Beliſarii militibꝰ. Nam Gotthi de ſuꝑiori lo
co feriētes ꝑfacile hoſtes conficiebāt. Sed aderat Beliſarius
adhortator præſenſq; magna uoce ſuos impellebat: nec pe/
dem referre patiebat̃. Integros in ſaucioꝝ & cadentiū locū

continuo ſummittebat. Id certamẽ ad meridiẽ uſq; puenit: cũ ferre ab ortu ſolis cœptum fuiſſet: tandẽ maiore conatu ſubnixi milites gotthos intra mœnia refugere cõpulerunt. Moxq; retro abeuntes eos quos ad demoliendũ fontẽ miſe rant reuocarũt putantes opus iãpridẽ eſſe pfectum. At illi uix paruã aliquã receptaculi partẽ demoliti fuerant. Cauſa uero huius erat: q antiquitus tanta diligentia exædificatus erat fons: ut multo facilius de uiuo ſaxo q̃ de muro eius de meretur. Cum igit̃ labore irrito ſuſceptũ id certamen ap/ pareret: Beliſarius quod reliquũ erat: & ſucco herbaꝝ ma/ ligno: & cadaueribus iumentoꝝ & lapide quẽ aſueſtũ uo/ cant inficiendã eius fontis aquã curauit: quoad eam peni/ tus inutilem reddidit: Gotthiq; iam penuria aquaꝝ laborã/ tes uix atq; anxie puteis quibuſdã exiguã corruptãq; præ/ bentibus aquã ſuſtentabant. Poſt hæc Beliſarius neq; præ/ lio amplius laceſſere obſeſſos neq; moleſtias inferre ullas cu rauit: ſed quieſcendo aſſidendoq; finẽ expectabat. Orta de/ mũ mentio eſt deditionis: poſtulãtibus Gotthis incolumi/ tatẽ & aſportationẽ reꝝ ſuaꝝ in urbẽ Rauennã pfecturis. Quæ audiẽs Beliſarius ſecum ipſe ambigebat. Nã tot tãq; egregios bello hoĩes dimitti & augeri hoſtiũ uires qui Ra/ uennæ cõuenerãt: alienũ ab utilitate publica exiſtimabat: & ſedẽdo ad auximũ tp̃s in lõgũ terere piculoſum arbitra/ bat̃: pſertim cũ Frãci dicerent̃ in auxiliũ Gotthoꝝ eſſe uẽ/ turi. Maxĩe uero refragabant̃ milites qui ex lõga obſidiõis erũna pdã ex oppido affectabant: nec ulla pactione ſe illa priuari patiebant̃. Demũ cũ Gotthos penuria ac defectus rerũ: Beliſariũ aũt importunitas tẽporis urgeret: compoſi/

ta res eſt magno Beliſarii labore:ut dimidia rerum pars militi
bus in prędã daretur: reliquã Gotthi retinerẽt: Utque Gotthi qui
erãt auximi in exercitu Beliſarii remanerẽt ęquo iure cum
aliis militibus. Per hunc modũ cõpoſitę res ſunt:& oppidũ
pactione traditũ. Auximo recepto Beliſarius aduerſus Viti
gim & Rauennã ducere cõſtituit contractis undique copiis.
Eo profectus ſtatim primo aduẽtu Maximũ unũ ex prefectis
ſuis cũ parte copiarum ad obſeruãdas cuſtodiẽdaſque padi ri/
pas miſit:ne quid exinde Rauẽna importari ualeret: Unũ.n.
eius flnminis os nõ procul Rauẽnã mare influit. Vñ ẽt foſſa
quadã deriuatus amnis Rauẽnã deducebatur. Volens igitur
añ oĩa hanc opportunitatẽ auferre Beliſarius Maximũ cũ
parte copiarum citeriori ripæ cuſtodiẽdę prefecit. Venit ẽt ex dal
matia Vitalis cũ aliis copiis a Beliſario euocatus:& alterã
eius fluuii ripã obſedit. Accidit uero per hoc tp̃s res mirabi/
lis & prius ĩaudita. Nã cũ magna nauigiorum multitudo ex
gallia ueniret: frumẽtũ cęterũque cõmeatũ Rauenã ferentiũ
flumẽ ip̃m uſque adeo decreuit:ut pleraque nauigia deſtituerẽ/
tur. Ex quo factũ eſt ut a militibus Beliſarii oĩa capentur.
Nec multo poſt eas captas flumen in ſuã magnitudinẽ re/
diit. Hoc fortunę indiciũ primũ fuit cœptis Beliſarii fauẽ/
tis:nõ enim ſtabat memoria ullo unquam tp̃e id antea cõtigiſſe.
Flumine igitur padi facultas ĩportãdi Rauẽna per hũc modũ
ſublata eſt. Mari uero importari nihil poterat cũ ubique Got/
thorum hoſtes mare poſſiderẽt. A terra uero Beliſarius cũ exer
citu urgebat:nec ĩportari quicquam patiebatur. Cũ Rauẽna ĩ hunc
modũ obſideretur: frãcorum legati ad Vitigim uenerũt: offerẽ/
tes frãcorum in Italiã trãſitũ ac liberationẽ obſidionis: copia/

rūq; Beliſarii certiſſimā cladem:ſi in ſocietatē dominationis Gotthi recipe frācos malint.Hęc magna uerboꝝ iactātia ꝑ legatos francoꝝ explicata mentes audiētiū extulerūt:Quī genta enim armatoꝝ milia tranſitura in Italiā pollicebanť: quæ Beliſarius ſi ſapiat:nunquā ſit expectaturus:uel ſi expectaret ſecuribus francoꝝ cū ſuis omnibus cōfeſtim macta/tū iri prædicabant.Hæc tā grandia partim extollebāt Vitigim & Gotthos:partim deterebant. Nā uenturos in Italiā francos ac uictores fore nō dubitabant.Sed regni ſocietatē ſeruaturos eſſe nullo modo credebant.Itaq; nō minus in ꝑ/niciē cladēq; Gotthoꝝ uenturos eſſe francos ſuſpicabantur ꝙ in pniciē hoſtiū ſuoꝝ.Hanc coꝝ ſuſpitionē augebat Beliſarius.Dux enim ſagax & rebus gerendis aptus confeſtim ubi ueniſſe legatos francorū cognouit:ſuos & ipſe legatos Rauēnā miſit:qui & cōcordiā Gotthis cum impatore Ro. offerrent:ac infidelitatē francoꝝ cōmemorando ab illorum ſocietate deterrerent.Gotthi igitur francoꝝ & Beliſarii hinc inde auditis legatis:quid optimū foret cōſultantes:poſt longam diſceptationē impatoris concordiā prætulerunt. Per hunc modū legati francoꝝ irrita legatione dimiſſi ſunt:& frequentes poſthac cum Beliſario tractatus habiti:crebriq; hinc inde nuncii oratoreſq; cōmeabāt.Deniq; tractatuꝝ re/rū hic exitus fuit:ut cōtrouerſiæ omnes ad arbitriū impa/toris Iuſtiniani delegarenť.Huius rei gr̄a oratores ad Iuſtinianū miſſi:& induciæ quædā inter obſeſſos & obſidentes fuere.Inter hæc accidit ut horrea publica quæ erant Rauēnæ cū omni frumento cremarenť:quæ quidē res in maxi/mas difficultates Gotthos adduxit:cū & frumēta incendio

conſumpta eſſent:& Beliſarius importari nõ ſineret:illa ut aiebat ratione quo magis ad æquas cõditiones Gotthi de/ſcenderent.Suſpitionẽ uero non paruã afferebat Vitigidi: quod unde ꝓueniſſet incendiũ ignorabať:alii fulmine:icta cõflagraſſe putabant:alii de ĩduſtria iniectũ ignẽ a qbuſdã maliuolis:alii opa Beliſarii factũ ſuſpicabanť.Regia quoq; in ſuſpitionẽ huius incendii ueniebat:quoniã inuita ac re/pugnans uiolentis nuptiis ab Vitigide fuerat in mrimoniũ accepta inimico atq; infenſo animo erga uiꝝ eſſe putabať. Hoc igiť frumenti incendiũ Vitigim & Gotthos plurimũ turbauit:& quaſi ĩ deſpatiõe adduxit.Siue enim fulmine ꝓueniſſet incendiũ:ſibi deũ ac cælos aduerſari putabat:Siue de induſtria factũ eſſet:qbus iam cõfiderent neſciebant: Defectus certe annonæ breuiter ĩpendebat: nullaq; ſuperat importãdi ſpes:qm̃ Beliſarius ꝑoſt cremata horrea diligen/tius obſeruabat ne qd importareť. Per hoc tp̃s Gotthi qui alpes incolebãt pleriq; ſe Beliſario dedere uelle ſignificarũt. Sunt uero p alpes plurima caſtella quæ a Gotthis antiqtus ibi collocatis tenebanť.Alpes enim Italiã a gallia diſtermi/nant:mirabiliq; altitudine inſurgunt:difficillimoſq; aditus habent:ualdeq; intererat eos aditus cuſtodiri. Qua de cã Theodericus Gotthoꝝ rex & ualidã Gotthoꝝ manũ cum cõiugibus & liberis per eos ſaltus collocauit:caſtellaq; & arces illis attribuit.Siſigis igitur unus ex Gotthoꝝ ꝓceribus qui in alpibus caſtella quædã habebat primus omniũ Beli/ſarii milites ad ea loca miſſos ſponte ſuſcepit:& alia caſtel/la idẽ facere ſuadebat.Erat per id tẽpus Vraias in citeriori gallia:exercitũq; parabat:quo Rauennam proficiſceretur.

Collegerat uero iam in exercitu ad quattuor milia militũ. Hoꝝ magna pars alpini erant:qui poſtq̃ audiuerunt Siſigim ad hoſtes defeciſſe:caſtella uero & arces in quibus ipſi natos uxoreſq; habebant tentari ante oĩa eo ducere Vraiam cõpulerunt. Igitur cũ omnibus copiis quas parauerat in alpes ꝓfectus Siſigim & milites Beliſarii obſedit. Hęc rurſus cũ audiſſent Ioãnes Vitaliani & Martinus qui caſtra tunc per galliã faciebant:ſine ulla mora & ipſi in alpes ꝓfecti caſtella quædã in ipſo itinere cepunt. In his frequentes uxores & filii eoꝝ qui cũ Vraia militabant capti ſunt:quæ poſtq̃ intellexerunt parentes ac mariti:eorũq; propinqui deſertis Vraię caſtris ad hoſtes trãſfugerũt:quo ſuos recuparẽt. Per hunc modũ Vraias a militibus ſuis deſtitutus cũ paucis in galliã reuerſus parandi amplius copias aut ſuccurrendi obſeſſis cogitationẽ abiecit. Ita Vitigis & Gotthi qui Rauẽnę erant deſerti a ſuis ac omni ſpe deſtituti obſidebant̃:maioreſq; cõtinuo difficultates ſubibant. Cũ hæc eſſet cõditio rerũ apud Gotthos legati ab imꝑatore uenerunt:Dominicus & Maximus ambo ex ſenatu:ferebant uero Iuſtiniani rñſum ad ea quæ Vitigis & Gotthi de cõcordia poſtulauerãt. Summa decreti Iuſtiniani hæc erat. Vitigis omnia trãs padũ loca retineat:citra padũ uero cuncta dimittat. Mediam uero pecuniaꝝ regaliũ partẽ imꝑatori tradat:reliquã partẽ retineat. Gotthi uero omnes qui citra padũ incolũt ſubiecti Romano imꝑio ſint. Locuti ergo prius cũ Beliſario legati: deinde Rauẽnã ingreſſi mãdata expoſuerũt:q̃ lętis animis ab Vitigide cęteriſq; Gotthoꝝ ꝓceribꝰ audita & cõprobata ſunt. Beliſarius autẽ hæc magno cũ dolore audiebat ſecum

ipſe indignans ac grauiter ferens quod cum plene habere uictoriã de Gotthis poſſet ſibi auferebat̃. Itaq; redeuntibus paulopoſt legatis ac ſubſcriptionẽ eius poſtulantibus ſub/ſcribere noluit. Quæ quidẽ res permagnas apud Gotthos ſuſpitiones peperit: uerentes ne doloſa pacis ſimulatione de cipiantur: palamq; dictitare cœperũt ſe niſi conſentiat Be/liſarius nihil de pace eſſe facturos. Legati uero ipſi & qui ordines in exercitu ducebãt: Beliſarii factũ ualde indigna/bantur: eumq; non parere Iuſtiniani decretis inter nefaria reponebant. Nataq; ex his ſuſpitio eſt: quaſi Beliſarius ipſe imperiũ affectaret: ac tota mente ab alienatus a Iuſtiniano eſſet. Et hæc ſuſpitio plurimũ eo tempore increbuit. Qua opinione inducti clam ad eũ Gotthi miſerunt hortantes ut non alteri ſed ſibi ipſi occidentale imperiũ cõparare uelit. Gotthos enim ſi id faciat ſibi ſponte ac uoluntarie paritu/ros eſſe aiebant: regnumq; Italorũ ſimul atq; Gotthorũ cum indelebili potentia habiturũ. Hæc nunciabant̃ clam a pro ceribus Gotthorũ. Senſit Vitigis hæc oblata: ſuoſq; & ipſe mittens nuncios ad hæc eadem Beliſarium cohortatus eſt. Beliſarius igit̃ iſta conſiderãs ac utilia fore arbitratus ſi cũ ſapientia gubernent̃: Ioannẽ Vitaliani & Beſſani & Aratũ magnos in exercitu homines: ſed nequaq̃ beniuolos ſibi di uerſa in loca cũ ſuis queq; copiis ablegauit: ſimulata cauſa quaſi tantæ ſimul copiæ difficilius alerent̃: alibi uero pabu li & cõmeatus maior facultas eſſet futura. Hæc fingebatur cauſa. Cæterũ illi allegabant̃: ne præſentes quicquã turba/rent. Ipſe autẽ poſt hæc oĩbus qui ordinẽ ducebant in unũ uocatis cum de Gotthorũ difficultatibus diſſeruiſſet: Quid


diceretis inquit:ſi nõ ſolũ ea quibus impator noſter cõten/
tus eſſe uidet̃;ſed etiã multo maiora præſenti bello adipi/
ſceremur. Tunc pro ſe quiſq; laudauit maiora fieri ſi poſ/ 35
ſint.his ita auditis nõ aliter patefacta re conſilium dimiſit.
Nec multo poſt quodã e ſuis Rauẽnã miſſo ſignificauit ſe
cõſtituiſſe ea facere quæ illi ſuaſiſſent:eoſq; hortatus eſt ad
rem accelerandã. Gotthi aũt utpote qui iã fame premebã/
tur ſine ulla mora legatos cũ auctoritate publica ad Beliſa/
rium miſerũt.hi cũ in caſtra ueniſſent:nihil corã militibus
locuti ſunt.Sed Beliſariũ ſecreto cõuenientes ſe ea de cauſa
ueniſſe dixerũt:ut fidẽ ꝓmiſſioneq; ac iuſiurandũ ab eo ſu
ſcipiant.Erant uero ꝓmiſſionũ genera duo:unũ de legiti/
ma gubernatione inſtitutiſq; Gotthoꝝ cõſeruãdis:ac nemi/
ni ſuccenſendo pro his quæ ſupiori tpe facta eſſent:& alia
huiuſmodi q̃plura.Aliud quod ipſe Italię Gotthorũq; poſt
hac rex erit.Hæc ſi ille ꝓmittat & iuret ſibi portas apturos
eſſe Gotthos:eũq; cũ toto exercitu in urbẽ Rauennã rece/
pturos dixerũt:Beliſarius cætera iurauit omnia queadmo/
dum legati poſtularũt.De regno aũt ſuſcipiendo:cũ Rauẽ
næ foret corã Vitigide cæteriſq; Gotthoꝝ ꝓceribus ſe p̃ſta
turum iuſiurandũ dixit.Legati uero nequaquã ſuſpicantes
quin rex eſſe uelit:iuſiurandũ in hac parte ab eo capere di/
ſtulerunt:quaſi mox Rauẽnã ingreſſos corã proceribus id
foret p̃ſtaturus. At Beliſarius lõge alia mente agitabat.Iu/
ſtinianus enim dudũ cũ Beliſariũ bello gerendo p̃fecerat:
magnis iuramentis obligauerat:ne regnũ ne ue imperiũ ſe
uiuente aſſumeret:ne ue ſe nũcupari haberi ue tyrãnus:aut
rex uel impator patiatur. Hæc ille iurata ſeruare incõcuſſa

fide ſtatuerat:uerbaq; Gotthis in hac parte dabat. Tũc igi/tur his ita geſtis Beliſarius uolentibus Gotthis in urbẽ Rauennã uocatus eſt. Ille autẽ ornato exercitu claſſeq; parata qua cõmeatũ omnis generis abunde deferret:magna Gotthorum exercituſq; lætitia Rauennã ingreditur. Cum uero ingentes Gotthorꝝ copiæ Rauennę eſſent:uolens Beliſarius eas copias minuere:paucis poſt ingreſſum diebus licẽtiam omnibus qui citra padum incolerent:dedit domũ remeandi. Illi uero longa militia defeſſi libentiſſime ad ſuos redierunt:ita multitudine Gotthorꝝ quæ Rauennæ erat attenuata Beliſarii exercitus longe potentior ac plane dominans intra Rauẽnæ mœnia remanſit. His ita cõfectis Gotthorum proceres qui ubicũq; per Italiam erant uel ipſi uenerunt ad Beliſarium Rauennã uel oratores ſuos miſerũt. Sed cum ſuſceptio regni a Beliſario differretur:eaq; res admirationẽ primo mox & ſuſpitionem pareret:auxit mox eam ſuſpitionẽ Beliſarii reuocatio a Iuſtiniano facta:nam fama increbuerat & detulerãt quidam Beliſarium affectare Italiæ regnum:ac iam plane ſuſcepiſſe:quo metu Iuſtinianus illum ad ſe cõfeſtim ex Italia reuocauit. Gotthi autem hoc ſentientes ſibi ipſi ab initio perſuadere nullo modo poterant:illum ad imperatorem Iuſtinianum eſſe rediturum. Sed poſtquã apparatus fieri uiderũt:ac omnia diſponi quæ ad profectionẽ eius fieri oportebat deceptos ſeſe ac plane circũuentos a Beliſario cognouerunt. Sed quid agerent:ille enim Rauennam & proceres in poteſtate ſua habebat:ut ne querelæ quidem liberæ forent. At enim qui trans padum erant Gotthi ubi hæc ſenſerũt:Papiæ conue/


nientes ac multũ inter ſe conqueſti de communi gentis ca/
lamitate ac de Beliſarii fraude tandem Vraiam conſtituere
ſibi regẽ uoluerunt. Quod ille paſſus non eſt: maxime illa
ſe ratione excuſans ꝙ cum fratris filius Vitigidis eſſet: neq;
pia neq; honeſta facere uideretur ſi illo uiuente ipſe regnũ
aſſumeret: hac ille ratione probabili ſe excuſans auctor fuit
ut Ildouadus rex conſtitueretur uir magnæ inter Gotthos
auctoritatis magnæq; potentiæ: & qui longo tempore Ve/
ronæ dominatus eſſet. Is ergo tũc ex urbe Verona Papiam
euocatus purpuraq; indutus rex Gotthorum appellatur: ac
de ſalute gentis ſuæ cogitare iubetur. Ildouadus ergo per
hunc modum factus rex ſtatim oratores Rauennã ad Be/
liſarium miſit: qui cõmemorata illius promiſſione dudum
facta de regno Italiæ Gotthorumq; ſuſcipiendo defectum
fidei palam arguerent: ac ea fraude deceptos fuiſſe ab eo
Gotthos quærerentur. Proinde ſi etiã tunc adimplere pro/
miſſa ac rex fieri uelit: idq; facto oſtenderit: Ildouadum of/
ferre ſe Rauennam eſſe uenturum: ac purpuram ad pedes
eius poſiturum. Sin imperatoris ſeruus eſſe malit: q̃ ipſe
imperare: ne grauiter ferat: ſi Ildouadus & Gotthi qui re/
liqui ſunt de communi gentis ſalute prouidere nitantur.
Hæc ſumma orationis fuit. Beliſarius palam ad hæc re/
ſpondit: ſe uiuente Iuſtiniano imperatore nunquã regnum
eſſe ſuſcepturum. Cum hoc reſponſo legati ad Ildouadum
Papiam redierunt. Et Beliſarius parata claſſe cum Vitigi/
de ac cæteris Gotthorum proceribus cumq; theſauris re/
giis Bizantium nauigauit quinto anno poſtquã bellum in
Italia gerere inceperat.

CVM Bizantiũ pueniſſet Beliſarius magna lætitia a Iuſtiniano ſuſceptus plurimoq; in honore habitus omnẽ quę de ſe prius habita fuerat ſuſpitionem deleuit. Gotthi quos ſecũ adduxerat humane benigneq; recepti ſunt:& cũ admiratione quadã cõſpecti. Nec id quidẽ imerito illis contingere uidebat. Erat enim Vitigis Gotthoꝝ rex qui nuꝑ urbẽ Romã tãta multitudine obſederat:& Amalaſuẽta eius uxor quondã Theoderici Gotthoꝝ regis qui Italiã poſſederat neptis: pręterea Ildouadi tunc regis filii duo quos Rauẽnæ penes Vitigim reptos nõ dimiſerat Beliſarius:ſed una ſecũ in gręciã abduxerat:erant & alii Gotthoꝝ ꝓceres quos intuebantur oẽs Beliſariiq; uirtutẽ quę tãtas res cõfeciſſet admirabãt tollentes in cęlũ laudibus quod nuꝑ aphricã nunc Italiã ad Iuſtiniani imꝑium redegiſſet:& in græcia quidẽ res hmõi erant. In Italia uero poſt Beliſarii diſceſſum apud Ioãnẽ & Beſſam & Vitalẽ Iuſtiniano iubẽte gubernatio remanſerat. Venerat enim Cõſtantianus ex Dalmatia q & ipſe numero gubernatoꝝ additus eſt. Cõfeſtimq; apparuit quãtũ iter gubernationẽ hoꝝ & Beliſarii intereſſet. Vt eñi omittã rei militaris ſcientiã qua oẽs ætatis ſuę duces longiſſime ſupauit: erat in illo humanitas ſumma ꝑ quã paupi æque ac opulẽto ſeſe impertiebat. Acceſſus uero ad eũ faciles ac liberi cuiq; generi hominũ præterea liberalitas admirãda. Militib9 qui equos aut arcus aut arma nõ ignauiter amiſiſſent:cõtinuo alia donabat. Ruſticoꝝ uero tantã habebat curam ut indu-

fig: 19



20



21





fig: 22



cendo exercitu neminẽ eoꝝ uiolari:nemini inferri dãna pa/
teref.Ne poma quidẽ in arboribus pendẽtia milites ſui at/
tingere audebant.Hac ille ſeueritate diſciplinæ cõſequebaẽ
ut caſtra eius abundantiora eſſent q̃ ullũ in urbe foꝝ.Ita li/
bera & ſecura erat reꝝ uenaliũ importatio.Abſtinẽtia uero
eius erga ciuitates ſocias & amicas nemo ſatis digne queat
referre.Maxima illius beneficia in ciuitates:nullæ unq̃ ue/
xationes audiebanẽ.Qui uero in gubernatione ſucceſſerũt
neq̧ hũanitate neq̧ uirtute neq̧ abſtinentia pares fuere.Nã
& ipſi rapinas prædaſq̧ ſectabanẽ:& milites in omnẽ licẽ/
tiam prolabi ꝑmiſerunt:ſuperbi quidem in ſocios in hoſtes
uero nõ ſatis feroces.Itaq̧ res breui tp̄e retrouerti & in rui/
nam tendere manifeſte cœperunt:ut deinceps a nobis oſten
detur.Ildouadus Gotthoꝝ rex ut ſupra diximus nouiter cõ
ſtitutus poſt Beliſarii diſceſſum:ſumma cũ diligẽtia res exe
quebaẽ.Gotthos enim oẽs & Italicos qui cũ Gotthis ſentie
bant arma cape:& ad præſcriptũ diẽ Papiæ cõuenire iuſſit.
Paruus quidẽ ab initio exercitus fuit:ſed cõtinuo augeſcẽs
ac ſpem aſſumens indies meliorẽ.Adiuuabat uero non me/
diocriter Gotthoꝝ partes auaritia & iniuria aduerſariorũ.
Exactores enim pecuniaꝝ fiſci noĩe a Iuſtiniano in Italiam
populos uexare mirabili acerbitate cœperũt:& ad indebita
rũ pecuniaꝝ ſolutionẽ cõpellere.Rationes ſiquidẽ repoſcẽ/
tes omniũ quæcũq̧ ſub Theoderico primo Gotthoꝝ rege
uel ſub alio deinceps regũ Italici adminiſtraſſent:& magi/
ſtratuũ quoſcunq̧ ꝑ ea tp̄a quiſq̃ italoꝝ geſſiſſet a ciuitati/
bus quoq̧ ꝓmiſſaꝝ dudũ Gotthis pecuniaꝝ in diſquiſitio/
nem uocantes eaſq̧ pecunias quaſi fiſco debitas repoſcẽtes:

& ſingulis priuati hoībus & publice ciuitatibus tātā deſpe/
rationem attulerūt:ut gotthos iterꝝ fieri dominos rerū opta
rēt:multiq; uolūtarii ad Ildouadū ꝓficiſcerēt eiuſq; exerci
tū copiaſq; augerēt.Erat quoq; nō diſpar q̄rela in exercitu
īpatoris.Qua enim auaritia exigebātur pecuniæ indebi
tæ ab italicis:eadē auaritia militib9 pecuniæ debitæ nō ſol/
uebantur.Vna dūtaxat cura erat ad explendā Iuſtiniani cu
piditatē pecunias cogere:nihil erogare.Itaq; milites pariter
atq; italici tātis iniuriis cōpulſi ruinā īperii affectabāt.His
creſcēs indies Ildouadus omnes trāſpadū:oēs Venetiaꝝ ur
bes in poteſtatē recepit & italoꝝ gotthoꝝq; multitudine e/
xercitus eius cōpletus eſt.Quā ob rē haud multopoſt edu/
cere in aciē ac fortunā pugnæ tētare non dubitauit.Prœliū
hoc nō ꝓcul Taruiſio fuit aduerſus Vitalem q unus erat ex
Iuſtiniani ducibus:uictorq; Ildouadus tanta ſtrage Vitalis
exercitū concidit:ut dū ipſe cū paucis euaderet:reliqui oēs
uel interficerētur a gotthis uel captiui ducerent. Ea uicto/
ria magna & clara mirabile quantū Gotthoꝝ animi creue/
rūt:quantūq; fractæ ſunt aduerſarioꝝ uires:ut nō ſolū trā/
ſpadū per galliā & Venetias:uerū etiā citra padū partes cō
firmarēt:nomēq; Ildouadi celebre fieret apud Iuſtinianum
īpatorem aliaſq; natiōes.Nec multopoſt Vraiā maximū
inter gotthos hominē perſecutus eſt:ſuſpitione iniecta qua
ſi cū hoſtibus ſentiret.Hæc enim prætexebatur cauſa.Cæ/
terū ob eam rem iritatū aduerſus Vraiā quidā putāt:quod
contentiones quædā inter Vraiæ uxorem ac reginam inci/
diſſent.Ego autē Ildouadū magnum ac ſapientem uirū nō
adeo leuem exiſtimo fuiſſe:ut cōtentionib9 mulierū permo

tus eſſet ad Vraiam interficien dũ:uerũ illam fuiſſe cauſam puto quod Ildouado regi ſuſpecta erat Vraiæ potẽtia. Nã genus gotthorũ ualde ſuſpitioſum fuiſſe cõſtat:& ſuos erga reges nõ ſatis fideles. Mortem Vraiæ permulti gotthoꝶ improbarunt:palãq; deteſtati ſunt quaſi rem ſceleratam & impiam. Itaq; & ipſe Ildouadus ab uilla uno ex cuſtodib9 ſui corporis dum prãderet occiditur. In eius locũ Ataricus rex:creatur qui nec ipſe diu regnauit. Sed propter malam ineptamq; gubernationẽ:quinto poſt electionẽ menſe a gotthis occidit᷑. Ita duobus regibus intra biẽniũ interfectis ad Totilã magno gotthoꝶ conſenſu regnũ defertur. Hic ante qnã rex factus eſſet: Taruiſii dominabatur quæ eſt ciuitas Venetiaꝶ. Pater ei9 Ildouadi regis frater germanus fuerat. Itaq; ĩterfecto Ildouado ut ſupra diximus:Totilas ipſe formidans ꝑpter illius cõſanguinitatẽ clã Rauẽnã miſit:& cũ Iuſtiniani ducibus pepigit ad hoſtes tranſire cum omnibus quibus præerat:cũq; Taruiſio oppido. Dicta ad rem conficiendã dies erat. Quæ cũ nõdum ueniſſet:Gotthi pœnitẽtia quod Ildouadi morte lætati fuiſſent:quodq; Ataricũ regem creaſſent:hominẽ nequaq̃ tanti ut Gotthoꝶ gentẽ defendere aduerſus tantas uires hoſtiũ ualeret:ad Totilã Ildouadi ꝑpinquũ reſpicere atq; regẽ optare illũ cœpunt. Tandem Atarico de medio ſublato Totilã regẽ fecere. Iuſtinianus aũt cognitis his quæ in Italia contigerant:ducũ ſuorũ impitiã & ſecordiã increpabat ꝙ in tãtis diſcordiis hoſtiũ tãtiſq; reuolutionibus ipſi opportunitatẽ reꝶ agẽdaꝶ nacti nihil protinus effeciſſent. Quibus increpationibus ꝑmoti duces Rauennæ ſimul oẽs cõuenerunt. Ibi cũ de inferendo

bello cōſultaret:placuit ante oīa ad urbē Veronā exercitū ducere. Eius nāq; urbis capiēdæ ſpes q̄dā illi ſecreto afferebat. Erāt uero hi duces undecim:quoꝶ pcipui hēbant Cōſtātianus & Alexāder in Italiā nup a Iuſtiniano miſſus ad pecunias colligēdas. Profecti igit cū ingētibus copiis ubi Veronæ ꝑpinquarūt ſpem dudū ſibi ꝑbitā expiri decreuerunt. Erat.n. Martianus quidā uir domi nobilis caſtellū habens nō ꝓcul Verona: is qa ptes impatoris animo ꝑferebat: cuſtodē unius portaꝶ induxerat ad exercitū impatoris recipiendū: re igit arcane cōpoſita cū eo perueniſſet exercitus ꝑmittitur Artauades armenius cū manu delectoꝶ militum qui portā ante capiat ac cæteꝶ exercitū ꝑſtoletur: nihil ꝓmiſſoꝶ in hoc loco defecit. Nam intēpeſta nocte cū ad portam ueniſſent milites ꝓditor apiens intra urbē eos recepit: Illi portā ingreſſi mœnibus quoq; ſupra eā captis exercitui ſignificarūt & Gotthi ſentiētes hoſtes eē ī urbe: ꝑ diuerſam portā aufugerūt. Duces uero captā a ſuis portā audientes iter quidē ſtatim ingreſſi ſunt. Sed anteq̄ in urbē uenirent: de ꝑda inter ſe diſceptātes quinq; milibus ab urbe paſſibus conſtiterūt. inter hæc dies eluxit. arx eſt Veronæ urbi ſupeminēs ex qua intra urbē & extra longe ꝓſpectus eſt. Gothi igit qui in arcē refugerant cernentes paucos intra urbē hoſtes: exercitū uero extra urbē exiſtere: nec dū mœnibus appropinquare ſubito ex arce īpetu facto urbē ꝑuicerunt: & portā quæ tenebat ab hoſtibus receperūt atq; clauſerūt: milites uero qui ꝑ noctē fuerāt ingreſſi ptim oppreſſi ſunt: ptim ad mœnia cōfugiētes deſup repugnabant. Venientes aūt paulopoſt duces cū portā clauſam reppeiſſent: q̄q̄ in/

tus eſſent milites qui eos uocabāt:ac ne ſe deſererēt preca/
bant̃:tñ eueſtigio abierunt.Militū uero pars e muro ſe di/
mittens euaſit. Quoꝝ e numero fuit Artauades armenius
eoꝝ p̃fectus:cæteri uel capti uel interfecti ſunt.Per hūc mo
dū prauitate & auaritia ducū res apud urbē Veronā pꝫere:
qui dū ꝓperare oportuit de p̃da nō parata inter ſeipſos pu
gnabāt.Poſt hæc Iuſtiniani duces qm̃ Veronæ cœpta flagi
tioſe turpiterqꝫ euaſerāt:diſcordes inter ſe & alii aliis ſuccē
ſentes ex his locis abierūt:tranſmiſſoqꝫ pado amne Placen/
tiam ꝓfecti ſunt.Totilas Papiæ per id tp̄s degebat:cogni/
toqꝫ hoſtiū aduentu quaſcūqꝫ potuit copias ꝓpere contra/
xit.Duces inter hæc ultra Placentiā ꝓgreſſi ſecus ripā pa/
di amnis caſtra faciebāt.Totilas aūt q̄q̄ foret admodū im/
par:tamē cum iis quas habebat copiis obuiā illis exire:ac
fortunā pugnæ expiri cōſtituit.Cum igit̃ in ꝓpinquo eſſent
caſtra ac pugna decernere utriſqꝫ placuiſſet:Totilas ꝑ no/
ctem ptem equitū p̃miſit quos uiginti fere ſtadiis ultra ho
ſtium caſtra flumē tranſire:& cū pugnari cœptū eſſet poſt
terga hoſtiū cū q̄maximo ualerēt tumultu adoriri manda/
uit.Ipſe uero cū tp̄s fuit ad hoſtes duxit.Idem fecerūt Iuſti
niani duces.Erat ante aciē Totilæ uir Gotthus noīe Vala/
rus:qui equo inſigni uectus ipſe quoqꝫ inſigniter armatus
in ſingulare certamē oēs ꝓuocabat. Aduerſus hūc cæteris
ſubſiſtentibus Artauades armenius cuius in ingreſſu Vero
næ mentionē fecimus ꝓdiit.Spectātibuſqꝫ utrinqꝫ aciebus
cōcurrerūt infeſtis ſeſe cuſpidibus petētes.Artauades Got/
thum dextro latere haſta trāſ fixū occidit. Ipſe uero in ha/
ſtam interfecti caſu inhærentē ſolo ui atqꝫ impetu equi ad/

actus cuſpide tranſfigit̃:ruptoq; thorace uulnerat̃:ex quo uulnere tertia mox die interiit. Acies interea ſimul cógreſſę prœliũ acerrimũ inierũt:omniſq; ferri expientia in eo cer/tamine uerſabat̃. Cum ferueſceret maxime prœlium:& ab utriſq; enixiſſime pugnaret̃ neutrã adhuc in partẽ uictoria inclinãte equites Totilæ trãſmiſſo flumine terga Iuſtiniani ducũ inuaſere:tumultuſq; maior inde exortus:cũ multitu/do ingẽs caderet̃ exercitũ Iuſtiniani primo turbauit:mox in fugã uertit:ſolutis enĩ ordinibus cũ ante retroq; inſtaret hoſtis cito diſſipant̃. Multiq; a gotthis pſequẽtibus interfe/cti ſunt. Multi etiã ſeſe p deuia quæq; pcipitantes euaſere. Captiuorꝝ aũt multitudo ingẽs fuit. Et ꝙ nũq̃ ante cõtige/rat oĩa militaria ſigna impatoris exercitus in eo ꝑlio capta ſunt ab hoſtibus:& ad Totilã relata inſigniorẽ hanc uicto/riam Totilæ fecit:quod ipſe cũ dimidia fere pte minoribꝰ copiis ſciẽs ac uolens cõtra maiores copias prœlium iniit: quodq; militari induſtria uictoriã nactus eſt:ipſam quoq; uictoriã humaniſſime exercuit:nemini captiuorꝝ moleſtus: multis etiã gratuito dimiſſisq; qdẽ humanitas famã eius plurimũ adauxit. Iuſtiniani duces ex ꝑlio fugiẽtes Placẽtiã primo:inde in diuerſa loca abierũt:& copiis q̃tũ fieri potu it reparãdis intenderũt. Nõ multopoſt hãc uictoriã Totilas maiora iã aĩo concipiẽs exercitũ in hetruriã miſit. Præfecit uero huic exercitui tres gotthorꝝ pſtãtiſſimos Beldã & Ro/doricũ & Vliarim. Erat in hetruria Iuſtinus unus ex duci/bus qui ꝑlio interfuerat. poſtq; id tp̃s nũq̃ ceſſauerat copias reparare:oppida munire. is cũ exercitus Totilæ ſupuenit: circũdatus ab hoſtibus intra Florentiæ mœnia obſidebat̃:

Terrebat uero Iuſtinũ rei frumẽtariæ defectus. Nã impor/
tari ad obſeſſos nil poterat: & intus quod erat frumẽtũ bre
ui defuturũ uidebat. Rauennã igit ad cæteros duces mit/
tens Iuſtinus quo in piculo res eſſet oſtendit: rogauitq; ut ſi
bi opem ferrent. Ob eũ nunciũ pmoti Beſſas & Cyprianus
& Ioannes Vitaliani cũ ſuis copiis in hetruriam uenerunt.
Gotthi uero poſtq̃ itellexerũt illos appropinquare ſoluta ili
co obſidione retro mouerunt caſtra pfectiq; unius diei iter
in loco qui mucialla dicit conſtiterũt. Atq; poſtq̃ exercitus
amicorũ Florẽtiã puenit: placuit ducib9 ut paucis in pſidio
Florẽtiæ relictis ipſi cũ reliqs oibus ad hoſtẽ cõtenderent.
In itinere uero dũ eſſent ſtatuerũt ut ducũ ipſorũ: unns ce/
leriter antecederet ad inuadendũ diſtinẽdũq; hoſtes: alii ue
ro mature ſequerent. Sorte igit ducta Ioãni cõtigit ante/
cedẽdi munus ille pfectus cũ ſuo agmine ad hoſtes ppa/
uit. Hoſtes uero deteriti aduentu copiarũ deſerto in loco in
quo prius habebant caſtra in pximũ montẽ arduũ quidẽ
ac difficilem tranſierunt. Neq; ob id cunctatus Ioãnes ubi
ad ea loca peruenit: aciem ſuorũ aduerſus montem direxit:
ac magno animo ſurſum uerſus annixus puincere conaba/
tur. Reſiſtebat fortiſſime ab hoſtibus: ac de ſupiori loco fa/
cillime repugnabant. Hic dũ annititur Ioãnes: & inter pri/
mos pugnatores uerſatur: Quidam ex comitibus iuxta la/
tus eius pilo tranſfixus occiditur: falſaq; ſtatim credulitas
inde exorta eſt Ioannem interfectum fuiſſe: fuga hinc fieri
cœpta: hæc fama delata in eos q cũ reliquo exercitu uenie/
bant: cũ inſup fugã & trepidationẽ mirabilẽ uiderent: ipſos
quoq; in fugã turpiſſimã cõuertit. Nec modus ullus fuit in

fuga diſſipatim ſparſimq; in diuerſum abeuntes ſigna & or
dines deſeruerunt. Itaq; duces quoq; ipſi a nullis hoſtibꝰ pul
ſi fugã arripe coacti ſunt. Neq; poſthac cõuenerũt in unũ:
ſed alius alibi prout ſe ex fuga recepant: oppida tenuerunt.
Gotthi tñ ad obſidionẽ Florẽtię nequaq̃ reuerſi ſunt magni
tudinẽ ueriti copiaꝝ q̃ q̃q̃ diſſipata forẽt p oppida hetrurię
cõſtiterãt: & hiems ſupuenit: finiſq; fuit ſeptimi anni huius
belli: ex quo geri a Beliſario cœptum fuerat: eo q ſecutus eſt
anno: ut primũ educẽdi copias tp̃s fuit: Totilas coacto ex/
ercitu in agrũ gallicũ uenit: ibi Cæſenã & petrã oppidũ qd
hodie corrupto in uulgus noĩe bretinoꝝ appellant obſedit.
Cætera uero eius regionis oppida pmulta uel ui uel pactio/
ne cepit. His p ea loca cõfectis in hetruriã cũ exercitu trã/
ſiit: ibi duriora oĩa cum repperiſſent. ſtatuit in his tp̃s haud
quaq̃ terere: itaq; tyberim amnẽ quo hetruria finiṫ trãſgreſ
ſus p umbros & Sabinos & marſos in cãpaniã pfectus eſt:
in his locis Beneuẽtũ urbẽ captã mœnibus ſpoliauit. Nole/
bat enim in urbe munitiſſima hoſtes ſiqñ cõtingeret ſedem
belli hr̃e. Neapolim deinde obſedit: multis primo uerbis hu
maniſſime conatus ut Neapolitani amicitiã eius q̃ inimici/
tiã mallẽt. Sed erat in p̃ſidio eius urbis Conõ Iuſtiniani p̃fe
ctus: nec pauciores mille militibus ſecũ hẽbat: itaq; nihil de
cerni libere in cõcione poterat. Quod cũ intelligeret Toti/
las poſitis nõ longe caſtris urbẽ obſedit: nõ tñ oppugnauit:
ſed qetẽ agens incubabat: interim uero pte exercitus miſſa
cumas & alias quaſdã urbes p ea loca recepit: ex qbus pe/
cuniaꝝ magnã uim adeptus eſt: mulieres etiã quaſdã ex no
bilitate Romana capi in his locis contigit: quas oẽs Totilas

cũ ſumma beniuolentia cõſeruatas liberas eſſe iuſſit:ac pa/ rentibus maritiſq; cũ honeſto comitatu remiſit. Cũ uero p eas regiones neq; dux neq; exercitus eſſet q conatibus Toti lę repugnaret/partẽ ſuaꝝ copiaꝝ cõtinuo nitẽdo Apuliã & Lucaniã & Calabriã cũ uniuerſis eoꝝ oppidis in ptãtẽ rede git.Ex quo factũ eſt ut Iuſtiniani ducibus militibuſq; nul/ læ amplius ex his locis pecuniæ ſoluerenť:neq; parere duci bus:neq; in expeditionẽ ire uolebant. Sed p oppida incluſi res amicoꝝ prædabanť:rapinis & maleficiis oĩa fædabant. Duces quoq; ob has difficultates intra mœnia cõſiſtẽtes op/ pida tantũmõ ab hoſtibus tutabanť:partitiq; inter ſe urbes Ioãnes Romã:Beſſas Spoletũ:Cyprianus Peruſiã:Iuſtinus Florentiã:Cõſtãtianus Rauẽnã gubernabat:inter hęc Nea/ polis durius obſideri cœpit.Totilas enim parata claſſe neq; terra importari qcq̃ patiebať.Ex quo palã erat niſi qs opẽ ferret:eã demũ urbẽ in manus hoſtiũ eſſe peruenturã.Hæc igitur audiens Iuſtinianus ac pro tãtis Italiæ cladibus:pq; imperii dedecore indolens Maximinũ præfectũ prætorio ad corrigendas reparandaſq; res in Italiã miſit. Dedit autẽ ſibi claſſem & exercitũ ex Thracibus:& Armeniis.Præerat autem Thracibus quidẽ Herodianus:Armeniis uero Pha/ ſes.Hunni præterea nõ pauci ea claſſe uehebanť.Maximi/ nus Bizantio profectus in Epirũ uenit:ibi cum res Italiæ ex propinquo cogitaret:inter ſpem ac metũ dubius tardita te ac deſidia tempus amiſit.Erat enim Maximinus uir bo/ nus & ad pacis negocia nõ inutilis:belli uero impitus oĩno: & ob hoc timidus:& cunctator in ſingulis ac plurimũ am/ bigens.Res uero tunc & conſultandi & agẽdi celeritate fla/

gitabat. Maximino igiť paruã de ſe ſpem afferente: Iuſti/
nianus Demetriũ quendã ꝙ ſub Beliſario dudum in Italia
militauerat cũ alia claſſe in Siciliã miſit is cum in Siciliam
nauigaſſet: audita Neapolis obſidione: ac eoꝝ qui obſidebã
tur difficultatibus cõfeſtim auxiliũ ferre. Cũ uero apta uia
id efficere poſſe deſparet: qm̃ neq; claſſis neq; exercitus eius
ad tantã rem ſufficiens erat: hæc excogitauit. Naues cõplu
rimas ex uniuerſa Sicilia cõtraxit: fecitq; ex his claſſem ad
aſpectũ ꝑmagnã: impoſitoq; frumẽto Neapolim petere cõ/
tendit. Ea res & ſpem magnã obſeſſis: & formidinẽ nõ ꝑuã
Gotthis præbuit: audiebãt enim multitudinẽ nauiũ: ac ma
gnũ in his exercitũ uenire opinabanť. Quod ſi primo ſta/
tim curſu Neapolim petiiſſet: cuncta ꝓſpere ſuccedebant:
& urbs obſeſſa indubie ſeruabať. Hoſtes enim cõteriti ma/
gnitudine claſſis ne obſiſtere quidẽ tẽtauiſſent. Sed ipſe cõ/
ſcius imbecillitatis ſuæ Neapolim adire non auſus Romã
petiit: quo militibus inde aſſumptis nauẽ impleret: atq; ita
Neapolim magis robuſtus nauigaret. Sed milites q Romę
erant: claſſem aſcendere noluerunt. Victi ſiqdẽ duplici prœ
lio a Gotthis eos immodice formidabant. Itaq; hac deficiẽ/
te ſpe cum his duntaxat nauibus quas Bizãtio duxerat: ad/
uerſum hoſtes ꝓficiſci Demetrius compellitur. Totilas na/
ues egregie ueloces in portu ipſo Neapolis aſſidue ſtructas
parataſq; tenebat. Curamq; ſuſceperat diligenter de Deme/
trii claſſe. Cũ igiť ex urbe Romã Neapolim nauigare De/
metriũ cognouiſſet: & applicuiſſe iam ꝓpinquo littori ꝑfe
ctus repente Totilas cum uelocibus nauibus ex improuiſo
Demetrii claſſem inuaſit: adeo ſubitus & inopinatꝰ fuit im

